Nos Græci codicis, quo usus est aliquando D. Erasmus, fidem quam potuimus diligentissime pro nostra qualicumque mediocritate secuti sumus, nisi sicubi scriba dormitasse videretur: perabsurdum enim fuerit ubique scribam nimium bona fide amplecti, hoc est, una cum ipsis erratis, quod Lonicerus sæpius factitasse deprehenditur. Usus est autem, ni fallor, eodem nostro exemplari: in quo divi Pauli contextus a Theophylacti glossa aut capita ipsa frequenter male distinguuntur, et nonnunquam dictiones aliæ pro aliis substituantur (quæ res nobis non parum exhibuit negotii); quibus sane restituendis qua simus usi cautione dum diligenter expendimus quid ipse auctor in præcedentibus aut subsequentibus eundem locum attingentibus, quidve Chrysostomus eum locum tractans aut Oecumenius scripserit, aut etiam Porsenna vetus interpretes legerit, in margine Græci codicis, quem typographus brevi typis excudere statuit, suis locis exposuimus: ut I ad Corinth. xiv, ἀπόστολος depravate scriptum fuerat pro ἀπίστοις, et ad Galat. v, *scandalum Christi*, pro scandalo crucis; quæ quidem scriptoris errore contigisse vehementer admiror Lonicerum non animadvertisse: cum vel ex mox sequentibus facile a mediocriter erudito et attento error deprehendi potuerit. Item ad Ephes. i depravate legebatur, *divitiæ datæ*, cum legendum fuerit, *divitiæ gloriæ*; δέξῃς enim, non δόσω; scribendum fuerat. Quinto autem capite primæ ad Timotheum Epistolæ, locum in Græcis et Latinis mutilum ex Porsennæ scriptis, quæ eo quidem loco rectius habere videbantur, restituimus; hoc enim loco quid Theophylactus scripsisset non satis nobis constabat, sed quæ illinc assumpsimus, his notis () interclusimus, ne quid temere præter Græci codicis fidem de nostro addidisse videremur. Porsennæ autem viri eruditi, ut opinor, et eloquentis versione, ut multum a Græcis discedente, ne dicam plerumque dissidente, ut quæ

sit paraphrastica potius atque etiam nimium libera, utpote quæ plerumque adjiciat quæ in Græcis non habentur: et contra, plerisque in locis complures versus prorsus omittat, quæ tamen in nostro manuscripto codice Græco, eoque pervetusto aperte continentur, illius, inquam, omiſsa versione, Loniceri potius interpretationem arripuimus; eamque passim, ubi tolerabilis esset, retinuimus. Novam quidem ex amicorum quorundam consilio edere statueramus, sed cum id in præfatione adorti animadverteremus, nobis ad id nec satis esse otii, nec temporis, ea potissimum mutavimus quæ, Theophylacti mentem aut non assequi viderentur, aut non satis explicarent. Ad hæc margini multis in locis quædam addidimus, sine quibus Latina legens vix unquam quid sibi velit Theophylactus intelligere queat: dum videlicet aut Græci sermonis variam attingit lectionem, aut Græcæ dictionis compositionem, aut diversam significationem, aliudve quidquam hujusmodi. Pleraque etiam delevimus ab interprete male addita, quod aut parum ad rem facerent, aut cum Theophylacti sententia pugnarent. Quædam vero perspicuitatis gratia, aut ambiguitatis vitandæ causa, a nobis sunt mutata, ut mediocriter erudito Lectori consulatur. Ista enim veritatis et sacræ Scripturæ studiosis scribuntur, quibus nuda et perspicua auctoris sententia magis placet, quam interpretis fucata et affectata dictio, quæ istiusmodi studiosis tenebras offundens, plurimum facessit negotii. Porro vulgarem in Paulino textu versionem, qua passim utitur Ecclesia, fere retinuimus, nisi sicubi Theophylacti interpretatio illam immutare coegerit: ut, ad Romanos cap. XII necesse fuit mutare *conformari* in *configurari*, quod Theophylactus differentiam ponat inter figuram et formam, et figuram mundo, formam autem virtuti attribui dicat. Item I Timoth. VI pro *inutilia*, necesse fuit ponere *stulta*, quod Theophylactus id interpretans dicat: «Quomodo enim non est stultum;» et mox, «Hæc stulta sunt et noxia.» Noster enim vulgaris interpretes legisse videtur ἀνοήτους, Theophylactus vero cum Chrysostomo legit ἀνοήτους. Item II Timoth. II pro *ne quando* ponendum fuit *si quando*, aut *si forte* vel *fortasse*: eo enim loco μήποτε, non est negantis, sed dubitantis sive addubitanter asseverantis: quo in sensu sæpe accipit Theophylactus, ut in epistola Evangelii præfixa satis docuimus. In ipsa autem Loniceri versione quam multa fuerint male versa, aut prorsus omiſsa, ex his quæ decerpimus conjicere licebit, si totum opus conferre graveris. Et quoniam principium fervere solet, exploremus quam fuerit initio fervens et diligens, ex multistamen pauca decerpentes, ne a Theophylacti præclaro opere diutius retardati præstantiorum jacturam faciamus. Noster enim Theophylactus pulchre Horatianum illud vitans, *Brevi esse laboro, obscurus fio*: mediocritatem scite usque adeo amplexus est, ut perspicue docendo, et ex probatis auctoribus optima quæque apiculæ more seligendo, prolixitate non sit molestus. Sed ut et nos molestiam istam vitemus, pauca illa accipe. In ipsa statim operis præfatione, ubi de Epistolarum ordine Theophylactus disserit, ac declarat Epistolam ad Romanos non propterea primo loco collocari, quod ante alias omnes scripta fuerit, ad hunc modum verterat Lonicerus: «Quandoquidem ad Corinthios, tum ad Thessalonicenses una, in qua de ministerio Hierosolyma transmittendo omnes ipsos occulte quidem commonefacit, hanc præcesserint:» cum in Græcis hic sit sensus: Quandoquidem hanc præcedant quæ quæ ad Corinthios sunt missæ: quin et has præcedit ea quæ est ad Thessalonicenses; in qua, etc. Vides, candide Lector, quod ad Epistolarum ordinem attinet, hic doceri eam quæ ad Thessalonicenses scripta fuerit, eas præcedere quæ ad Corinthios fuerint missæ: qua in sententia est Chrysostomus, quod Loniceras plane tacuerat. Græca autem sic habent: Καὶ γὰρ πρὸ αὐτῆς εἶσαν αἱ πρὸς Κορινθίους δύο· καὶ πρὸ τούτων αὐτὴ ἡ πρὸς Θεσσαλονικεῖς, ἢ ἦ... Sed ad caput primum veniamus, et ὁ multis pauca perstringamus. In eum Pauli locum qui in capitis est initio: *De Filio suo qui natus est ex semine David*, cum de duplici generatione Christi ageret Theophylactus, divina et humana, ita scriptum fuerat: «Quocirca non de vili exiguove homine Evangelium hoc est, nam de Filio Dei est; nec de exiguo Deo, nam de nato ex sanguine Davidis secundum carnem.» Hactenus Loniceri verba. Vides quam inepte colligat Filium Dei non esse exiguum Deum, propterea quod natus sit ex sanguine Davidis secundum carnem, cum ipse Paulus de incarnatione ad Philippenses scribens, longe aliter dicat: *Exinanivit semetipsum*, etc., et paulo post: *Humiliavit semetipsum*. Quod itaque Theophylactus negat Evangelium hoc esse *περὶ ψιλοῦ Θεοῦ*, et paulo ante *περὶ ψιλοῦ ἀνθρώπου*, non erat vertendum, «De exiguo sive parvo Deo,» neque, «De vili exiguove homine,» sed, De *mero*, nudo et simplici Deo aut homine; ut sit

sensus : Evangelium hoc non esse de eo qui tantum sit homo, aut tantum Deus, sed qui idem et Deus sit et homo. Eodem primo cap. ibi, *Cui servio in spiritu meo in Evangelio*, etc. sic prius habebatur : « Nam servitutis Evangelii conatus necesse habet, » etc. ; nos vero clarius ad hunc modum : « Cui enim Evangelii annuntiandi servitus est commissa, illi necesse est ut, » etc. Et in Glossa sequenti ubi ait : « Atqui D. Paulus dum assidue orat tanquam vidisset eos », etc., potius dicere debuit, « Cæterum quod Paulus continenter orabat ut eos videret, sive videre contingeret, ex ferventi hoc charitate faciebat ; » et paulo post, ubi hortatur ut constantes simus in orationibus nostris, sic habebatur : « Neque enim Paulo sumus potiores, qui pro cruce etiam sua removenda precatus est. » Græce autem sic : *Ὁὐ γάρ ἐσμὲν Παύλου βελτίους, ὅς καὶ ὑπὲρ τοῦ σκόλοπος τρις τὸν Κύριον παρεκάλει*, hoc est, « Neque enim Paulo sumus meliores, qui pro stimulo ter Dominum precatus est, » ubi dictionem *ter* omisit, quæ potissimum ad orationis constantiam et perseverantiam pertinebat ; et crucem etiam pro stimulo posuit. Et mox, *ἐπιτῆ τῆς πίστεως ἐπιδόσει*, vertit, « Erga fidei communicationem, » cum, « ob fidei incrementum, » potius vertendum esset. Eodem primo capite, in illud, *Quemadmodum et in reliquis gentibus*, ita scripserat : « Committens autem ipsos, inquit, quemadmodum et in reliquis gentibus. » *Ἐυστάλων δὲ καὶ αὐτοὺς, φησὶ, καθώς*, etc., hoc est, « Illorum autem fastum etiam comprimens, inquit, quemadmodum, » etc. Quod enim sic intelligi debeat, satis declarat sequentia. Eodem capite, ubi explicat locum Pauli : *Tradidit eos in desideria*, etc., ibi Theophylactus notat, *tradit* dici, pro *deserit* eos, et *permittit*. Lonicerus vero pro *καὶ ἱᾶ*, id est, *et permittit*, posuerat, *amicè* : idque fortasse ob scripturæ difficultatem ; mire enim scriba « cum » calamo veluti luxuriante conjunxerat, ideoque interpretes ad *ὠτάν*, pro *ὦ ἐτάν* forte respexit. Item paulo post cum declarat quod aliis impellentibus non habuerint opus : « Sed ipsi, inquit, se contumelia affecerunt. Hujusmodi enim sunt impuri illi affectus ; » ubi longe alia prius habebatur sententia, ut etiam in mox sequentibus, ibi, *Sicut non probaverunt Deum habere in notitia* ; ubi Theophylactus : « Injuria, inquit, qua Deum affecerunt, non ex ignorantia processit, sed a meditatione et studio, » uti nos restituimus. Qui plura volet in hoc eodem primo capite emendata notare, id ex utriusque collatione facile poterit. Nec id tamen dico, ut Lonicero detrahā : plurimum enim illi debere me ingenue fateor : nisi enim ipsius versione fuisset adjuvus, haud facile plerisque in locis pervetustos characteres agnovissem, ut interim de ipsorum figura mihi quidem insueta sileam ; sed ne studiosi, ut diximus, si aut pauca, aut nullius momenti loca hic emendata fuisse putent, eo fructu priventur, quem ex hac recognitione ipsos *ὁν θεῷ* consecuturos speramus. Sunt fortasse nonnulla quæ typographo potius quam interpreti ascribenda sunt, ut quod *Christum* pro *crucem* expresserat ; sed ne fastidium pariam, ea cum plerisque aliis prætereo : ideoque ex aliis capitibus pauciora huc transcribam. Capite secundo in illud Pauli, *Qui igitur alium docet, teipsum non docet*, ibi : « Si namque gentes, » etc. multum ab auctoris mente aberrare videtur, et paulo ante negatio non fuerat omissa ; et in glossa sequenti, post ista verba, *Sin minus*, ista desiderabantur : *Non dixit, Non prodest, ne ipsam contumelia afficere videatur, sed Judæum ea nudat, dicens : « Circumcisio, »* etc., et mox ubi duo præputia posuisset, unum secundum carnem, alterum secundum spiritum sive voluntatem, de hoc posteriore loquens, sic reddiderat Lonicerus : « Quæ sese habent uti commemoratum est, quando nihil carnalium quisquam affectuum habuerint, ut qui sint ablati. » Græca vero sic habent : *Ἦτις ἐστίν, ὡς εἰρηται. ὅταν τις μηδὲν ἔχει τῶν σαρκικῶν παθῶν περιηρημένον* ubi dictio *ἦτις*, refert *ἀκροβυστίαν ἐκ προζιρέσεως*, quæ nos sic restituimus, quod quidem est, ut dictum est, quando quis carnalium affectuum nullum habet circumcisum aut amputatum ; quæ sententia belle huic loco convenit, cui prior contradicebat, et sub finem hujus capituli ab auctoris mente, ni fallor, multum aberrabat. Sed longum esset singula capita excutere ; ad sextum igitur transilium. In illud Pauli : *Non regnet peccatum in mortali*, etc., ubi extollit Christi gratiam, sic ait Theophylactus : « Itaque corpus sua natura haud nocet, sed obedire peccato, illud vero plurimum obest. Observa hic Chrisii gratiam, quomodo Adam peccarit, cum tamen nondum mortale corpus haberet : nos vero in mortali corpore peccatum vincimus et superamus. » Hactenus auctoris verba ad Græcum exemplar restituta, quæ prius longe diversam aut contrariam præ se ferebant sententiam, aut conferendo patebit ; quod si tamen ad alteram editionem recurrere graveris, ibi ad istum scribebatur modum : « Itaque corpus haud

nocet naturæ, sed obedire peccato, illud vero plurimum obest. Observa hic Christi gratiam quomodo Adam peccarit, cum tamen nondum mortale corpus haberet, nos vero in corpore mortali peccato exuberamus, adeoque in peccatis nascimur. » Vides Lector, ut *haud nocet naturæ*, pro *sua natura haud nocet*; et, *peccato exuberamus*, pro *peccatum vincimus*, dixerit diverso et contrario sensu? Capite etiam sequenti in annotatione: *Et inventum est*, [item in alia, *Nunc autem jam non ego operor*] sædos lapsus deprehendes si conferre lubet, ut et cap. ix, xi et xiii. In hoc ubi Paulus ait: *Ut in die honeste ambulemus*. Ibi Theophylactus de Romanis honoris et gloriæ studiosis hoc modo scribit: Ἐπειδὴ γὰρ πολλὸς αὐτοῖς τῆς παρὰ τῶν πολλῶν δόξης ὁ λόγος, ἐφέλκεται αὐτοὺς ἀπὸ τῆς εὐσχημοσύνης, hoc est, « Quandoquidem ipsi vulgi gloriam sive honorem, qui a multis exhibetur; magnificerent, ab honestate eos allicit; » prius autem sic redditum fuerat: « Cum enim ipsi Romani multa verba facerent, » etc., ubi πολλὸς λόγος, non multa verba, sed multam curam, rationem sive respectum habere gloriæ et auræ popularis potius significat. Deinde quod adjectum est, « abstrahit eos ab ea gloriæ turpitudine, » multum erat a Pauli et Theophylacti proposito alienum; suspicor interpretem existimasse pro εὐσχημοσύνης legendum esse ἀσχημοσύνης. Sub ea enim dictione ducta erat linea, quasi suspecta esset scriptura, quæ tamen belle habet, ut quæ Paulino textui respondet, ubi εὐσχημόνως.

Sed de hac una Pauli Epistola nimium multa; pauciora igitur ex reliquis afferam; et ne longius abeamus, initio Epistolæ sequentis, ubi Paulus ait, *Per voluntatem Dei*, in eum locum Lonicerus: « Animadvertite hic deitatis vocabulum ad Patrem pertinere; » egregia, scilicet animadversio, quasi vero usquam negarint Ariani deitatis vocabulum ad Patrem pertinere. Græca sic habent: Σημειῶσαι δὲ τὸ, διὰ ἐπὶ Πατὴρ καίμενον, hoc est, « Nota autem hanc dictionem *per* Patri appositam, » sive de Patre dici. Ubi Theophylactus contra Arianos hunc locum profert, declarans quod hæc præpositio *per*, diminutionem non importet, ut ipsi volebant: cum etiam hic apponatur Patri, ubi dicitur *per voluntatem Dei*, ut fusius ait idem Theophylactus in eum locum Joannis, *Omnia per ipsum facta sunt*, ubi Ariani volebant Filium facere Patre minorem, quod per ipsum sicut per instrumentum aut servum Pater alii fecisset: contra quos ibi adducit hunc ipsum locum, *Per voluntatem Dei*; et item alium ex hoc eodem capite: *Fidelis Deus per quem vocati sumus in societatem Filii sui*, ubi dictio *per*, Patri juncta, nequaquam significat Patrem Filio minorem. Hunc locum pluribus tractavi quod plerisque subobscurus videretur, et a Lonicero quidem male versus, ut qui ex præpositione *διὰ* deitatem fecerit; a Porsenna vero plane omissus fuisset: solet enim iste si quid placeat liberius tractare ac multa de suo infarcire; et contra si quid non arrideat, illud prorsus omittere: quod hic contigisse videtur, si modo ipsius exemplar cum nostro consenserit, eo sane pervetusto. Nec video cur hic de germana Theophylacti Scriptura dubitare debeamus, cum hujus loci mentionem ipse faciat Joannis primo, ut diximus. Quod autem Lonicerus glossam totam nonnunquam cum textu Pauli prætermiserit, non ipsius voluntate factum esse arbitror, sed ipsius aut scribæ potius negligentia aut errore contigisse.

Hic finem facere fortasse expediret: nam ex hujusmodi locis pro nostra qualicunque mediocritate restitutis facile candidus Lector de reliquis conijcere posset, nec plura, opinor, desideraret: ob morosiores tamen, adhuc paucula ascribam, ut quod hujus Epistolæ capite quarto, ibi: *Magnæ mihi gloriæ*, contrariam posuerat sententiam; et capite quinto, in eum Pauli locum: *In interitum carnis*, scriptum erat: « Hoc est, ut a morbo eum liberet, solvat, » nos sic emendavimus: « Hoc est, ut morbo eum maceret et tabescere faciat, » de castigatione enim corporis loquitur, ut sequentia satis declarant. Capite autem septimo pleraque depravata, et non pauca ommissa fuisse, qui totum hoc caput conferre volet, facile deprehendet; quod quidem vel unum caput moroso etiam Lectori, si tamen veritatis studiosus fuerit, hanc nostram operam ut minime supervacaneam, commendare valeat. Possem ex cap. ix, xi et xv, manifeste depravata, et contrariam sententiam continentia proferre, sed in hac priore ad Corinthios Epistola diutius quam statueram sum immoratus. In secundæ vero ad Corinthios Epistolæ capite primo, ibi: *Et spes nostra firma est pro vobis*, glossa hujus textus cum textu sequenti fuerat ommissa; atque ita glossa textus sequentis huic erat adjecta, quod etiam factum est ad Romanos xiii, sædo sane lapsu, ut alios ejusdem capituli præteream. Secundo autem capite bis contrariam reddidit sententiam. Primum in illud Pauli: *Ut ne circumveniamur a Satana*, dixerat: « Non enim a se discre-

pantia Satanus accipit, verum et nostra rapit, » cum dicere debuisset, « Non enim ad se pertinentia Satanus, » etc. Græce enim est : Ὁ γὰρ διάβολος οὐχὶ τὰ αὐτῷ διαφέροντα λαμβάνει. Deinde paulo post in illud Pauli : *Aliis quidem odor mortis in mortem*, pro, Deo acceptabiles esse, dixerat, esse reprobos et minime gratos apud Deum. Sed hic quodam modo excusandus venit, quod Græcus codex fuisset corruptus, quem secutus est fide, ut diximus, nimium bona ; nam loco ἀπρόδεκτοι legendum est εὐπρόδεκτοι, ut patet ex Chrysostomo et veteri interprete. Sed ad alia properans reliqua hujus Epistolæ capita transilio. Initio autem capitis primi ad Galatas, ibi : *Sed per Jesum Christum*, Theophylactus huic loco objicit quod est in Actis apostolorum cap. XIII, dicens, Καὶ μὴ αἱ Πράξεις ὑπὸ τοῦ Πνεύματος δηλοῦσιν αὐτὸν ἀφορισθῆναι id est : « Atqui Acta apostolorum a Spiritu sancto indicant eum segregatum esse, » etc., Lonicerus vero, de Pauli operibus intelligens, sic verterat : « Ipsæ res gestæ et opera a Spiritu sancto profecta indicant, » etc., quæ huic loco minime conveniunt : nec quæ statim sequuntur hanc admittunt interpretationem ; subnectit enim : « Perspicuum est igitur quod sit una et eadem potestas et Patris et Filii et Spiritus sancti. » Similem objectionem facit ad Rom. primo, ibi : *Per quem accepimus gratiam*. Sed nimium his immoror. Si quis tamen ex aliis Epistolis quædam desideret, conferat primum caput ad Philippenses, ubi non pauca fuisse multum corrupta deprehendet. Expendat item quæ Theophylactus in eum Pauli locum ad Thessalonicenses quarto : *Non hominem spernit, sed Deum*, pulcherrima scripserat, et plurimum fuisse deformata comperiet : et quædam sub finem ejusdem capitis omissa fuisse perspiciet. Atque illic transeat ad primæ ad Timotheum caput primum : et glossam in illud Pauli, *Sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci*, excutiat, et in una et eadem glossa non semel lapsum interpretem notabit. In Epistola vero ad Philemonem quod contra etiam Porsennæ versionem faciat reperiet, ubi : Imperandi quod ad rem pertinet ; contrariam habet sententiam. Porsennæ enim accepisse videtur τὸ ἀνήκον, quasi α privativa particula esset, cum verterit, *quod ad rem non pertinet* ; quo in errore pergens, totam Theophylacti pervertit explicationem, cum potius contrarium significaret τὸ ἀνήκον, nempe quod ad rem pertinet, sive τὸ πρότερον, ut ait Suidas, hoc est quod decet, quod convenit, sicut τὸ καθήκον officium dicitur. Ἀνήκω enim est attineo, pertinere, specto, sicut κλησκω, προσήκω, convenio, consentaneus sum. Sic Demosthenes ait, τὰ εἰς ἀρετὴν ἀνήκοντα, ad virtutem spectantia, interprete Budæo ; quæ significatio huic loco maximo convenit. Sed de hujus versione eleganti quidem, sed parum fida, satis antea dictum puto ; finem itaque facio, nec verbum addo : qui plura desiderat, totum opus, si lubet, conferat, et, ni fallor, labores nostros boni consulat. Bene vale, candide Lector, et tui Montani conatus tuis studiis prodesse cupientis in bonam partem, quæso, accipe.

Lutetiæ, e museo nostro Tornacensi, XII Octobris, anno MDLII.

MONITUM

T. BAILII EDITORIS LONDINENSIS.

Præmaturus doctissimorum obitus quam gravi Ecclesiæ studiorumque incommodo evenire assolet, condocfecit nuperus reverendissimi viri, atque omni litterarum genere excultissimi, domini Augustini Lindselli, episcopi Herefordensis, inter media optimæ frugis molimina abrepti. Quem ita extinctum etiam ignoti flebunt. At vero mei muneris esse duxi (qui in istiusmodi studiis illi inservierim) non tam defunctum ignavo questu prosequi, quam quæ voluerit, meminisse ; quæ mandaverit, exsequi. Hinc animus mihi accendebatur, hosce Theophylacti Commentarios, quos ille bono publico destinaverat, pro mediocritate mea potius excolere, quam una cum ipso sepelire. Priores ipsius curas atque etiam secundas experti erant : manus tantum deerat suprema. Unde licet fortassis haud usque adeo absolutos, non tamen omnino neglectos prodire comperies. Describebantur e vetusto codice manuscripto illustrissimi comitis Arundeliani, Angliæ mareschalli, viri ut antiquo stemmate, ita politæ antiquitatis studio decantati. Post apographon cum prototypo fideliter commissum, ad unum et alterum exemplar Oxoniense iustituta est castigatio. Qua in re quantum ille fidei industriaque præstitit, testando erunt viri ad ele-

gantiorē doctrinam facti, Thomas Triplett, amicus mihi unicus, et Joannes Gregorius; quos in posterioris exemplaris collatione sibi συνεργός ascivit. Cæterarum scilicet illius curarum ego ipse conscius, editionem istam ad mentem ejus, quantum pote, adornavi. Discrepantes codicum lectiones, appinguntur aræ marginali. Asteriscus dictionem loquitur ab uno aut altero codice absentem, atque sine magno sententiæ detrimento debilem. *Ισ.* tessera est conjecturæ, cui parcius indulsinus, quo tibi facultas magis integra judicandi. Latina quidem versio est Philippi Montani; verum ubique adeo a nobis interpolata atque ad Græcorum veritatem revocata, ut (si per operas typographicas licuisset importune festinabundas) minus lædium foret novæ prorsus condendæ. Id quod committentibus liquebit. Vale.

ANNOTATA

PRO SINGULIS EPISTOLARUM ARGUMENTIS.

Ad Romanos ex Corintho scribit Apostolus, quos nondum viderat, visendi tamen percupidus, quia de his multa acceperat, quorum et suscipit et laudat fidem, ut quam sciret fama et nomine celebrem et ubique vulgatam: et (ut cætera omitam) de gentium vocatione copiosius disserit.

Nec secus ex Epheso ad Corinthios scribit Epistolam, illos objurgans quod plurimum inter se dissiderent, et primarium quemdam e suis rem cum noverca habentem satis negligenter, vellentque sub cælibatus prætextu nonnulli divortia facere, et uxores relinquere: et multi idolothytis vescerentur: et alii cæteris plane contemptis, eos duntaxat demirarentur, qui essent linguarum gratiam consecuti: et, quod erat detestabilissimum, nequaquam crederent humanam corpora post mortem resurrectura. Ad eosdem deinceps et aliam ex Macedonia scribit, quando quidem ex priorē plurimum profecissent: quippe quos pœniteret tandiu fornicantem illum tulisse, sed arrepti deinde seditionissimorum hominum persuasione, legis duntaxat litteræ inhæserunt, indifferentem existimantes gratiam quæ a Christo esset in multos collata: quin etiam et præceptores admodum jactitabant, et gloriæ ducebant, cum Apollo vellent vel Cephæ partes tutari, id est suum quisque quem sectaretur extollere, unde multa erant inter hos oborta dissidia: alioqui in sanctorum alimoniam abunde et liberaliter conferebant.

Ex Roma ad Galatas litteras dedit. Hos enim cum antea ad fidem quam optime instruxisset, et credidissent eo prædicante in Christum Jesum, post ejus discessum mox lapsi, improborum hominum suggestione ut se circumciderent compulsi sunt. Quod utique Paulus ægre ferens, quia præter suam institutionem egissent, incusat acrius quod se celerrime adeo immutassent.

Ex Urbe præterea et ad Ephesios scribit, haud dum tamen per se aditos, sed auditione solum perceptos fideles esse, et Christum Jesum optime credere, et mira quadam in sanctos omnes affici charitate, alioqui a se percipere in fide hac stabiliri. Quocirca et hos per litteras instruit, atque haudquaquam commentitium esse, aut nuper inventum hoc Christi

mysterium, sed perstare a sæculo: et alia multa quæ ad hos in fide firmandos maxime faciunt.

Ad Philippenses insuper litteras mittit ex Urbe, quos adierat sane, et ad fidem instruxerat. His itaque Paulo ipsi et sanctis nonnullis ministrantibus necessaria, exorti sunt quidam, qui pravis persuasionibus, et sub legis umbra et circumcisionis obtentu, simplicium quorundam corrumperent aures, asserentes neminem posse sine lege justificari. Quod Paulus audiens, Philippensium primo fidem probat, et eorum se memoriam habere inter precandum fatetur commemoratque quemadmodum Romæ sese ac Christi fidem tutatus sit, et qui præterea molesti sibi in vinculis fuerint.

Colossensibus etiam ex Urbe litteras impertitur, quippe quos cerneret per homines captiosos et subdolos falsis quibusdam argumentis circumventum iri, qui Christi fidem apertissime Græcicis argutiis impugnant, cum legis umbram et escas vitæ sectarentur et circumcisionem efferrent.

Ex Athenis vero Thessalonicensibus scribit, apud quos antea fuerat diutius commoratus: et quoniam multa cum in Verria, tum Macedonia civitate Philippis, tum Corinthi et Thessalonica suoras perpressus, veritus ne vel ex suis pressuris illi offensi haud satis stabiles forent, vel mærore nimio ob suorum e vita discessum conficerentur, quo patrio more certe plurimum angebantur, Timotheum cum epistola ad eos dimisit, ut in fide obfirmarentur, us quoquam pacto ab ea desciscerent, sive ipsi afflictarentur, sive alios cernerent afflictari: hortaturque ut ducerent vitam quemadmodum a se accepissent. Commonefacit insuper, ne graviter ferant morientium casum, et alia pleraque. Ad eosdem idcirco ex Urbe et aliam scribit Epistolam, quia apud eos erant nonnulli segniores ad bonum, et nullius momenti viri, qui alios mira arte fellebant, astruentes jamjam instare Christi aduentum, cujus et Paulum falso testabantur auctorem, et sese idem cognovisse per Spiritum affirmabant. Cujus rei certior factus Apostolus, per litteras Thessalonicensium primo adhaerentem fidem collaudat, et gloria ducit quod Christi ob gratiam viriliter ferrent præ-

surus, solaturque asserens illatas his Deum vindicaturum quandoque injurias.

Scribit ad Timotheum ex Laodicea eam ob causam, quia Ephesi erant permulti qui Judaicos ritus servarent, cum longe aliter ipse Ephesios instruxisset, docereque et fallere integros quosque admitterentur. Quocirca Timotheum hortatur ut Ephesi maneat, et corruptores illos castiget et corrigat, ut tandem a suis erroribus resanescant. Ad eundem secundo ex Urbe conscribit Epistolam, monetque ut ad se redeat. Erat enim Apostolus ab omnibus jam destitutus, qui secum Romam ex Asia commigraverant, catenis absteriti, quibus erat devinctus.

Ex Nicopoli ad Titum litteras scribit; ibi namque hiemaverat Paulus. In Creta autem Titum reliquerat, ut per urbes institueret sacerdotes. Erant enim ibidem plerique qui sub legis prætextu seducere populum conabantur.

Scribit ex Urbe ad Philemonem, cujus servus On-

imus fugiens Romam se ad Apostolum contulit, apud eumque habitavit conjectum in carcerem, et in vinculis detentum. Hunc itaque cum ei optime obsequeretur, et brevi probus evasisset, ut ei esset acceptior, Philemoni commendat per litteras, hortaturque ut libertate donet, nec eo ut servo, sed ut fratre utatur.

Ad Hebræos demum ex Italia scribit: qui etsi Christi acceperant fidem, haud tamen prorsus a lege defecerant. Quod sane inique ferens Apostolus, etsi ad gentes erat, ut Evangelium prædicaret, jam destinatus, non hos tamen serebat legis umbris obvolvi, existimans haudquam credentibus his molestam hanc fore epistolam, in qua de Christi adventu, lege ipsa umbratili disserat: quam cessasse affirmat, et nihil in posterum valituram, quia Christus advenerit, quem illa præfigurasset.

His itaque Epistolis Paulus tam valida fundamenta jecit, ut incrementis in posterum fidei tanta posse: moles imponi.

LECTORI VENETUS EDITOR.

Prodit tomus alter Operum Theophylacti, ea quidem celeritate, quam satis esse putamus ad fidem adstruendam promissioni nostræ, qua in *Prævia Declaratione* nos obstrinximus, integram operum præclari hujus auctoris editionem intra quadriennium absolvendam fore. Hæc vero hoc in tomo *Commentarios* ipsius in omnes *Pauli Epistolas*; qui quidem aliquoties Latine, Græcæ autem et Latine semel tantum, nempe Londini anno 1636, in lucem prodire. Ad hanc editionem satis nitidam et accuratam nostram plane exegimus, nisi quod manifesta quædam Latinæ versionis errata sustulimus. Quæ vero hic e nostro adjecimus, præcipue sunt variantes lectiones ex codice bibliothecæ S. Marci depromptæ, quas ad calcem tomi, more nostro, apposuimus. Eas diligenter collegit juvenis industrius Georgius Constantini, natione Græcus, qui similem operam alias etiam nobis impendit. Collectas vero tradidimus Bonifacio Finetti, ordinis Prædicatorum, ut omnibus expensis, solertia sua et judicio, eas quæ frugi alicui esse possent, seligeret. Scilicet nos longe ab eorum opinione sumus, qui quidquid varietatis in codicibus reperiunt, id totum pro variantibus lectionibus habent, totumque in editiones suas effundunt, sicque paginas inutili congerie onerant haud raro. Nos econtrari, variantes lectiones censendas non esse, nisi quæ phrasim vel sensum perficiunt ac complent, aut certe tales sunt, ut merito ambigas, num hæc vel illæ ab auctoris calamo profectæ fuerint, ea omnia præmittenda putavimus, quæ aut manifestæ sunt amanuensium aberrationes, aut phrasim sensumve, potius quam complent, reddunt imperfectiorem. Hocce delectu factum est, ut, cum variantes lectiones nostræ satis multæ forent, ad mediocrem numerum reductæ sint. Sed et aliud in causa est, cur ad majorem copiam non excreverint: nempe illæ omissæ sunt omnes quæ (non paucae quidem) cum variantibus lectionibus ex codicibus Oxoniensibus a Londinensi editore collectis marginique ascriptis conveniebant (a). Non deerunt fortasse qui vellent eas quoque hic adnotatas habere, quod referat nonnihil scire an aliqua lectio non unius tantum, sed plurium codicum auctoritate confirmetur. At non existimavimus, rem hanc tanti esse, ut ulteriorem hunc laborem mereri posset ac postulare. Porro variantes istæ lectiones ferme in una vel altera voce sitæ sunt: quas ideo Græcæ tantum apponere placuit, eo vel magis quod ex illis non paucae Græcam phrasim unice spectent, adeoque Latinæ

(a) Omnes, u. moris est nostri, collegimus in margine inferiori. Littera o Oxontensem, m cod. S. Marci Veneti designat. Edit. Para.

versionis tenorem intactum relinquant. Nonnullæ tamen sunt paulo fusiores; quarum Latinam versionem a dicto Bonifacio Finetti factam non prætermittimus; sed eam ad calcem paginæ ponimus, ne ipsarum variantium lectionum seriẽm initumque ordinem abrumperemus. Ex fusioribus hisce variantibus lectionibus aliæ sunt velut quædam additamenta, quæ ipsi textui edito inseri possent, eumque pleniorẽ reddere; aliæ vero sunt potius diversæ expositiones, aut eadem etiã quoad sensum, sed verbis diversis expressæ; et quidem modo ampliores expositionibus textus editi; modo breviores, quæ scilicet textum editum veluti compendio exhibent. Perspicuum idcirco est, codices plerosque qui hos Commentarios continent, interpolatrices manus expertos esse: neque enim fieri potest ut tam breviores quam fusiores expositiones hujusmodi ab eadem Theophylacti manu effluerint. Sed quænam Theophylacto sint ascribendæ, quænam interpolatori alicui, nemo, meo iudicio, definire potest, cui præ manibus non sit ipsum Theophylacti autographum. Neque enim ad id satis esse putamus, majorem codicis vetustatem; tum quod difficile sit, eam exploratam satis habere, cum sæpe vetustatis incertæ sint notæ: tum quod recentior codex sincerum esse possit vetustioris ac purioris codicis apographum. Si quis tamen breviores expositiones potius quam fusiores, Theophylacti esse velit, nec ille rem satis verisimilem affirmabit, utpote compendiario commentandi generi quo delectabatur Theophylactus et præsertim in hisce Commentariis, qui in aliquibus codicibus Ἐξήγησις ἐν ἐπιτομῇ, *Compendiaria Expositio* inscribuntur, æpprime consentaneam. Quod si hoc verum sit, habes profecto, benevole Lector, in Variantibus lectionibus nostris expositiones aliquot iis, quæ in edito textu habentur, hoc nomine, præferendas. Animadvertas hic vero, nos, cum edita loca respondentibus sibi in nostro codice textibus ampliora sunt, nequæquam integra referre, ne nimis vacui e regione respondeat; sed demptis iis quæ in medio sunt, eorum absentiam punctis aliquot ordinatim positis indicamus. Codex unde hæ variantes lectiones desumptæ sunt, nil peculiare habet quod hic commemoretur. Chartaceus is est, et XIV circiter sæculo scriptus censetur a clar. viris qui *Manuscriptorum Græcorum bibliothecæ S. Marci* Catalogum edidit. Variantes lectiones nostras excipiunt Observationes Latini Latini, quas ut in primo tomo, ita et in isto apponimus, ne quid ad editionis nostræ ornamentum desideretur: qua de causa præmittimus etiã non solum Philippi Montani Præfationem, verum etiã *Adnotata*, quæ cuiuslibet Epistolæ argumentum paucis exhibetur, et unde singulæ scriptæ sint, indicatur, quæ cum exstent in editionibus omnibus Latinis quas vidimus, Christofori Porsennæ, qui primus hosce Commentarios Latine transtulit atque vulgavit, esse putamus. Tomum denique claudunt duo Indices, Latinus unus, Græcus alter; uterque, locupletissimus: quo vel solo additamento haud parum sese editio nostra supra cæteras commendat. Sed non est cur pluribus te detineamus, amice Lector. Jam fruire præclaris hisce Commentariis: et tomum tertium, qui pleraque vel prorsus inedita, vel rarissima complectetur, brevi intervallo temporis secuturum, securus exspecta. Interim vale.



ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΒΟΥΛΓΑΡΙΑΣ

THE

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΑΥΛΟΥ

ΠΡΟΣ ΡΩΜΑΙΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΕΞΗΓΗΣΙΣ.

THEOPHYLACTI

BULGARIE ARCHIEPISCOPI

EPISTOLÆ D. PAULI AD ROMANOS EXPOSITIO.

ARGUMENTUM EPISTOLÆ AD ROMANOS Α ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΡΩΜΑΙΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ.

1 Assidua divinarum Scripturarum lectio, ad ipsarum cognitionem ducit. Mentiri enim nescit, qui dixit: « Quærite, et inveniatis: pulsate, et aperietur vobis ». Proinde Epistolarum beati Pauli mysteria perdiscemus, si assidue diligenterque in eis versemur. Cæteris enim omnibus doctrinæ ratione præstantior erat. Et merito quidem. Nam quoniam omnibus abundantius laboravit, amplioem etiam Spiritus gratiam assecutus est. Neque hoc ex Epistolis ejus tantummodo, verum etiam ex apostolorum Actis perspicuum fit. Mercurius enim ab infidelibus ob sermonis præstantiam existimatus est. Prima autem nobis proponitur hæc ad Romanos Epistola, non quod prima scripta fuerit: binæ enim illæ ad Corinthios hanc præcedunt, et istas rursus ea 2 quæ est ad Thessalonicenses, in qua eos de ministerio Hierosolymam mittendo non sine laude commonefacit. Præterea Epistola ad Galatas hanc ad Romanos præcedit. Atqui cæteris Epistolis hæc est prior, hæc ad Romanos, inquam. Quid itaque factum est, ut primum locum obtinuerit? Quoniam in sacra Scriptura hujusmodi ordo non est necessarius. Siquidem et duodecim prophetæ, etiamsi proxima temporum serie alter alterum non subsequatur, sed longo intervallo ab invicem distent, in Biblicorum tamen serie continuato ordine collocantur. Scribit autem Paulus ad Romanos, perinde ac si Christi ministerio fungendi necessitas ipsi incumberet, ac veluti ad eos, qui universo terrarum orbi præsidebant. Nam qui capiti prodest, toti corpori profuerit.

* Matth. vii, 7.

Variæ lectiones.

* μεγάλου ο. * αὐτῷ ο. * ἐπορίσατο m. * ἴσ. πολὺ ο.

Ἡ συνεχὴς ἀνάγνωσις τῶν θεῶν Γραφῶν, εἰς τὴν γνώσιν αὐτῶν ἀγει· ἀψευδὴς γὰρ ὁ εἰπὼν· « Ζητεῖτε καὶ εὐρήσετε, κρούετε καὶ ἀνοίγησεται ὑμῖν. » Καὶ τῶν Ἐπιστολῶν τοίνυν τοῦ μακαρίου Ἀ Παύλου τὰ μυστήρια μαθησόμεθα, συνεχῶς αὐταῖς * καὶ ἐμμελῶς ἐντυγχάνοντες· τῶν γὰρ ἄλλων ἀπάντων ἐπιλομέμεθα τῷ τῆς διδασκαλλίας λόγῳ. Καὶ εὐλόγως· ἐπειδὴ γὰρ περισσότερον πάντων ἐκοπίασα, θαυμάσιον καὶ τὴν τοῦ Πνεύματος ἐπισκόπασα * χάριν. Καὶ οὐ μόνον ἀπὸ τῶν Ἐπιστολῶν τοῦτο δὴλον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν Πράξεων. Ἐρμῆς γὰρ ἐνομισθη παρὰ τοῖς ἀπίστοις, διὰ τὸ τοῦ λόγου κατάρχειν. Πρόκειται δὲ ἡμῖν Πρώτη ἢ πρὸς Ῥωμαίους, οὐκ ἐπειδὴ πρώτη αὐτὴ ἐγράφη· καὶ γὰρ πρὸ αὐτῆς εἰσὶν αἱ πρὸς Κορινθίους δύο· καὶ πρὸ τούτων αὐτὴ ἢ πρὸς Θεσσαλονικεῖς, ἐν ἧ περι τῆς εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα πεμπομένης διακορίας ἐπαινῶν αὐτοῦς ἀντίκειται· ἀλλὰ καὶ ἢ πρὸς Γαλάτας, πρότερα ἐστὶ ταύτης τῆς πρὸς Ῥωμαίους. Τῶν μέντοι ἄλλων Ἐπιστολῶν, πρότερα αὐτῆ, ἢ πρὸς Ῥωμαίους, ζημι. Πῶς οὖν πρώτη τέτακται; Ὅτι παρὰ τῇ Γραφῇ ἡ τοιαύτη τάξις οὐκ ἀναγκαία. Καὶ γὰρ καὶ οἱ δώδεκα προφηταί, οὐκ ἐφεξῆς ὄντες ἀλλήλοις κατὰ τοὺς χρόνους, ἀλλὰ πολλῶ * διωρισμένοι ἀλλήλων, ὅμως ἐν τῇ τῶν βιβλίων τάξει ἐφεξῆς εἰσι κείμενοι. Γράφει δὲ Ῥωμαίοις ὁ Παῦλος, οἶα δὴ χρέος ἔχων λειτουργῆσαι Χριστοῦ, καὶ ὡς προκαθημένους τῆς οἰκουμένης. Ὁ γὰρ τὴν κεφαλὴν ὡφελῶν, καὶ τὸ λοιπὸν σῶμα ὡφέλησε.

THEOPHYLACTI COMMENTARIUS IN EPISTOLAM AD ROMANOS.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

A

3 CAPUT PRIMUM.

« Παῦλος. » Οὐτε δ' Μωσῆς, οὐτε πολλοὶ τῶν μετ' αὐτὸν, ἀλλ' οὐδὲ οἱ εὐαγγελισταί, τὰ ὀνόματα αὐτῶν προτεθείκασι τῶν συγγραμμάτων. Ὁ δὲ μακάριος οὗτος, πανταχοῦ τῶν Ἐπιστολῶν, τὸ ἑαυτοῦ ὄνομα προτίθει· διότι ἐκεῖνοι μὲν πρὸς τοὺς παρόντας ἔγραφον· οὗτος δὲ διὰ μακροῦ τὰ γράμματα διεπέμπετο, καὶ εἰκότως τὸν νόμον τοῦ ἐπιστολικοῦ χαρακτῆρος· ἐπλήρου. Ἐν μέντοι τῇ πρὸς Ἑβραίους, οὐ ποιεῖ τοῦτο. Ἐπειδὴ γὰρ ἀπεχθῶς εἶχον πρὸς αὐτὸν, ἵνα μὴ τοῦ ὀνόματος εὐθὺς ἀκούσαντες ἀποπηδήσωσι, κρύπτει τοῦτο ἐν προοιμίαις. Τίνος δὲ ἕνεκα ἀπὸ Σαύλου Παῦλος ἐκλήθη; Ἴνα μὴδὲ κατὰ τοῦτο ἐλαττιοθῆ τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων, ἐπικληθέντος Κηφᾶ, ὃ ἑρμηνεύεται « Πέτρος, » καὶ τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου, ἐπονομασθέντων Βοανεργῆς, ὃ

ἔστι, « υἱὸς βροντῆς. »
« Δοῦλος. » Πολλοὶ δουλείας τρέποι. Ὁ ἀπὸ τῆς δημιουργίας, καθ' ὃν, « Τὰ πάντα δοῦλα σά· » ὃ ἀπὸ τῆς πίστεως, καθ' ὃν εἴρηται· « Ὅτι ὑπεκούσατε εἰς ὃν παρεδόθητε τύπον διδαχῆς· ὃ ἀπὸ τῆς πολιτείας, καθ' ὃν καὶ Μωσῆς θεράπων Θεοῦ. Κατὰ πάντας οὖν τούτους τοὺς τρόπους, δοῦλος ὁ Παῦλος.

« Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Τὰ τῆς οἰκονομίας ὀνόματα προβάλλεται, ἀπὸ τῶν κάτωθεν ἐπὶ τὰ ἄνω ἀνατρέχων. Καὶ γὰρ μετὰ τὴν σάρκωσιν, Ἰησοῦς καὶ Χριστός. Ἐχρίσθη γὰρ, ἐλαίῳ μὲν οὐδαμῶς, τῷ δὲ ἁγίῳ Πνεύματι· ὃ καὶ κυριώτερον πάντως τοῦ ἐλαίου. Ὅτι δὲ καὶ χωρὶς τοῦ ἐλαίου χρίσις ἐστίν, ἐν μόνῳ τῷ Πνεύματι, ἀκουσον· « Μὴ ἄπτεσθε τῶν χριστῶν μου· » περὶ τῶν πρὸ τοῦ νόμου γὰρ ὁ λόγος, ὅτε οὐδὲ ὄνομα τῆς τοῦ ἐλαίου χρίσεως ἦν.

« Κλητός. » Ταπεινοφροσύνης τὸ ῥῆμα· δείκνυσί γὰρ, ὅτι οὐκ αὐτὸς ζητήσας εὗρεν, ἀλλὰ κληθεὶς παρεγένετο.

« Ἀπόστολος. » Τοῦτο τέθεικε πρὸς ἀντιδιαστολήν τῶν ἐτέρων κλητῶν. Καὶ πάντες μὲν γὰρ οἱ πιστοὶ, κλητοὶ· ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν, μέχρι τοῦ πιστεῦσαι· ἐγὼ δὲ, φησί, καὶ τὴν ἀποστολήν ἐνεχειρίσθη, ἣν καὶ ὁ Χριστὸς ἐγκεχειρίστο, πρὸς τὸ Πατρὸς ἀποσταλείς.

« Ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον Θεοῦ. » Τοῦτέστιν, Ἀποκεκληρωμένος εἰς τὴν τοῦ εὐαγγελίου διακονίαν. Καὶ ἄλλως δὲ, τὸ, « Ἀφωρισμένος, » ἀντὶ τοῦ, Πρωριρισμένος εἰς τοῦτο· ὡς καὶ πρὸς Ἱερεμίαν φη-

Vers. 1 « Paulus. » Neque Moses, neque plerique alii, qui illum sunt subsecuti, imo neque evangelistæ nomina sua scriptis suis præposuerunt. Divus autem iste, ubique Epistolis suis nomen suum præponit: quod illi quidem ad præsentés scribebant, hic vero e longinquo litteras mittebat, et ut par erat, characteris epistolaris legem complebat. In Epistola tamen ad Hebræos istud non facit. Nam quoniam infesto erga ipsum erant animo, ne statim, audito ejus nomine, protinus resillirent, istud in præmio occultat. Cujus autem rei gratia ex Saulo Paulus dicitur est? Ut neque in hoc, apostolorum antesignano, qui Cephas appellatus est, quod valet, si interpreteris, « Petrus », minor esset: aut filiis Zebedæi, qui Boanerges, id est, « Filii tonitruī, » cognominati fuerent.

« Servus. » Servitutis multi sunt modi. Alios quidem ab opificio et creatione, secundum quem dicitur: « Omnia tibi serviunt »; alius a fide, juxta quem dictum est: « Quoniam obedistis, in: quam traditi estis, formam doctrinæ »; alius a vitæ in-stituto: quo modo Moses dictus est famulus Dei. Proinde modis his omnibus Paulus nominatur servus.

« Jesu Christi. » Œconomix et dispensationis nomina præponit, ab inferioribus ad superiora recurrens. Etenim post incarnationem, Jesus, et Christus, id est, Unctus, dictus est: unctus enim est, handquaquam oleo, sed Spiritu sancto, qui oleo est omnino pretiosior. Porro quod unctio etiam sine oleo sit, per Spiritum solum, audi: « Ne tangatis unctos meos. » Quod verbum, de iis, qui ante legem fuerent, accipiendum est, quo tempore unctionis per oleum ne nomen quidem innotuit.

« Vocatus. » Humilis et modesti animi hoc verbum est. Indicat enim quod non ipse quærendo invenerit, sed vocatus accesserit.

« Apostolus. » Hoc posuit ad aliorum discrimen qui vocati sunt. Etenim fideles omnes, vocati: at illi ad credendum duntaxat: Mihi vero, inquit, muneris apostolici functio, seu legatio commissa est, quæ et Christo, cum a Patre mitteretur, concedita erat.

« Segregatus in Evangelium Dei. » Hoc est, Selectus ad Evangelii ministerium. Aliter autem et « Segregatus, » pro eo, quod est Prædestinatus ad hoc, accipitur; ut cum ad Jeremiam Deus ait:

* Psal. cxviii, 91. b Rom. vi, 17. c Psal. x, 45.

« Priusquam exires ex matrice sanctificavi te d. » Quinetiam ipse Paulus alibi ait : « Quando visum est Deo, qui me segregavit ex utero matris mee .^o » Porro non frustra dicit, « Vocatus sum, et segregatus in Evangelium. » Quoniam vero ei ad arrogantem sermo erat, illum fide dignum efficit, ceu divinitus missum. Evangelium autem dicitur, non solum propter bona jam peracta, verum etiam ob futura. Consolatur insuper auditorem ipso statim Evangelii nomine. Non enim tristitia quædam, qualia prophetarum vaticinia, sed innumerorum honorum thesauros Evangelium complectitur. Deinde, Evangelium hoc Dei est, hoc est Patris, tum quod ab ipso donatum sit, tum quod ipsum manifestum reddat. Etsi enim in Veteri Testamento cognitus erat, solis tamen Judæis erat cognitus, neque illis ipsis, ut Pater. Postea vero per Evangelium revelatus est universo terrarum orbi, una cum Filio suo.

Vers. 2. « Quod antea promiserat per prophetas suos. » Cum tanquam novam, prædicationem illam Evangelii calumniarentur, demonstrat hoc ipsum vel Græcis (sive gentibus) antiquius esse, et in prophetis jam antea perscriptum. Præterea ipsum Evangelii vocabulum in Davide invenitur, dum inquit : « Dominus dabit verbum evangelizantibus, virtute multa f. » Et in Isaia : « Quam speciosi pedes evangelizantium pacem e. »

« In Scripturis sanctis. » Non enim verba duntaxat prophetæ fecerunt, sed et litteris mandarunt sua, ac per res figurarunt : quemadmodum Abraham per Isaacum, et Moses per serpentem, manuumque extensionem, agnique mactationem. Etenim cum ardua quæpiam moliturus est Deus, multo eadem ante tempore vaticinatur ac prædicat. Quando ergo ait quod : « Multi prophetæ cupierunt videre quæ videtis, et non viderunt h. » hoc dicit, nempe, quod carnem illam suam non viderint, adeoque signa ipsa, quæ ipsorum oculis fuerant exposita.

Vers. 3. « De Filio suo, qui natus est ex semine David secundum carnem. » Hic perspicue duas generationes manifestat : per hoc enim quod ait, « De Filio ejus. » hoc est Dei, supernam generationem : per hoc autem quod apponit, « Ex semine David, » inferiorem hanc. Adjiciens porro, « Secundum carnem, » indicavit quod et secundum spiritum ejusdem sit generatio. Quocirca non de nudo et simplici homine Evangelium hoc est : nam de Filio Dei est ; neque de nudo et simplici Deo : nam de nato ex semine Davidis secundum carnem ; ita ut idem sit utrumque, nempe et Filius Dei et filius Davidis. In posterum itaque Nestorius erubescat. Generationis autem ejus, quæ 5 est secundum carnem, meminit etiam iste, perinde ac tres evange-

« σιν ὁ Θεός . » « Πρὸ τοῦ σε ἐξελεῖν ἐκ μήτρας, ἰγίακά σε. » Καὶ ὁ Παῦλος δὲ αὐτὸς ἀλλαχοῦ φησιν . « Ὅτε εὐδόκησεν ὁ Θεός, ὁ φορήσας με ἐκ κοιλίας μητρὸς μου. » Οὐ μάτην δὲ λέγει, ὅτι « Κλητός εἰμι, » καὶ ὅτι « Ἀφωρισμένος εἰς τὸ Εὐαγγέλιον. » Ἄλλ' ἐπειδὴ πρὸς ἀλαζόνας ἦν ὁ λόγος αὐτῷ, ἀξιόπιστον αὐτὸν ποιεῖ, ὡς θεόθεν ὄντα. Εὐαγγέλιον δὲ λέγεται, οὐ διὰ τὰ γενόμενα ἀγαθὰ μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὰ μέλλοντα. Παραμυθεῖται δὲ καὶ τὸν ἀκροατὴν εὐθύς διὰ τοῦ ὀνόματος. Οὐ γὰρ σκυθρωπά τινα, οἷα τὰ τῶν προφητῶν, ἀλλὰ μυρίων ἀγαθῶν θησαυροὺς ἔπει-
B « εἶχει. Τὸ δὲ Εὐαγγέλιον τοῦτο, τοῦ Θεοῦ ἐστι, τουτέστι, τοῦ Πατρὸς, καὶ ὡς δωρηθὲν παρ' αὐτοῦ, καὶ ὡς γνωρίζον αὐτόν. Εἰ γὰρ καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ ἔγνωστο, ἀλλ' Ἰουδαίοις μόνοις . καὶ οὐδὲ τοῦτοις, ὡς Πατὴρ ὕστερον δὲ, διὰ τοῦ Εὐαγγελίου ἐξεκαλύφθη τῇ σικουμένη πάσῃ, μετὰ τοῦ Υἱοῦ.

« Ὁ προσπηγεῖλατο διὰ τῶν προφητῶν αὐτοῦ. » Ἐπειδὴ ὡς καινὸν διέβαλλον τὸ κήρυγμα, δεικνυσιν αὐτὸ προσβύτερον ὄν καὶ Ἑλλήνων, καὶ ἐν προφήταις προδιαγραφόμενον . καὶ αὐτοῖς δὲ ῥήμασι, τοῦ Εὐαγγελίου τὸ ὄνομα εὐρίσκειται ἐν Δαυὶδ, ὡς τὸ, « Κύριος δώσει ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις, δυνάμει ὁ πολλῆ . » καὶ ἐν Ἠσαΐα, « Ὡς ὠραῖοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην ! »

« Ἐν Γραφαῖς ἀγίαις. » Οὐ γὰρ ἔλεγον οἱ προφηταὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔγραψαν, καὶ διὰ πραγμάτων ἐτύπων . ὡς Ἀβραὰμ διὰ τοῦ Ἰσαὰκ, καὶ ὁ Μωϋσῆς διὰ τοῦ ὄψεως, καὶ τῆς τῶν χειρῶν ἐκτάσεως, καὶ τῆς τοῦ ἀμνοῦ σφαγῆς. Καὶ γὰρ ὅταν μέλλῃ μεγάλα τινα κατασκευάζειν ὁ Θεός, πρὸ πολλῶν αὐτὰ προαναφωνεῖ χρόνων. Εἰ οὖν ὁ καὶ λέγει, ὅτι « Πολλοὶ προφήται ἐπεθύμησαν ἰδεῖν ἃ βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδον, » Αὐτὴν τὴν σάρκα, φησιν, οὐκ εἶδον, καὶ αὐτὰ ἐπὶ τῶν ὄψεων τὰ σημεῖα.

« Περὶ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαυὶδ κατὰ σάρκα. » Ἐνταῦθα φανερώς τὰ δύο γεννήσεις δηλοῖ . ἐν μὲν τῷ εἰπεῖν, « Περὶ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, » τουτέστι τοῦ Θεοῦ, τὴν ἄνω γέννησιν . ἐν δὲ τῷ προσθεῖναι, « Ἐκ σπέρματος Δαυὶδ, » τὴν κάτω . προσθεὶς δὲ καὶ τὸ, « Κατὰ σάρκα, » εἰδείξεν ὅτι κατὰ πνεῦμα γέννησίς ἐστι τοῦ αὐτοῦ. Οὐ τοίνυν περὶ φιλοῦ ἀνθρώπου ἐστὶ τὸ Εὐαγγέλιον . περὶ γὰρ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ἐστὶν . ἀλλ' οὐδὲ περὶ φιλοῦ Θεοῦ . περὶ γὰρ τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαυὶδ κατὰ σάρκα, τοῦ αὐτοῦ ὄντος ἀμφοτέρω, καὶ Υἱοῦ Θεοῦ, καὶ υἱοῦ Δαυὶδ. Καὶ λοιπὸν αἰσχυνέσθω Νεστόριος. Τῆς δὲ κατὰ σάρκα γεννήσεως αὐτοῦ μέμνηται καὶ οὗτος, ὡς καὶ οἱ τρεῖς Εὐαγγελισταί, ὡς ἂν ἀπὸ ταύτης χειραγωγῆται τοὺς ἀκροατὰς εἰς ὁ τὴν ἄνω

^d Jerem. 1. 5, ^e Galat: 1, 15. ^f Psal. lxxvii, 15. ^g Isa. lxx, 7. ^h Matth. xiii, 16.

Variae lectiones.

^o ὀρασηρόν ο. ^o εἰρήνην ο. ^o προσκατασκευάζειν ο. ^o γούν ο. ^o ἐπὶ ο.

γέννησιν. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος πρῶτον ὄφθη ἄνθρωπος, εἶτα ἐγνώσθη Θεός.

« Τοῦ ὀρισθέντος Υἱοῦ Θεοῦ ἐν δυνάμει, κατὰ Πνεῦμα ἁγιάσυνης, ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν, Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν. » Εἶπεν ἄνω, ὅτι « περὶ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ » ἐστὶ τὸ Εὐαγγέλιον· νῦν οὖν κατασκευάζει, πῶς ἐγνώσθη Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ φησὶ, « τοῦ ὀρισθέντος, » τουτέστιν, ἀποδειχθέντος¹¹, βεβαιωθέντος, κριθέντος. Ὅρος γὰρ ἡ κρίσις, καὶ ἡ ψῆφος, καὶ ἡ ἀπόφασις. Πάντες γὰρ ὤρισαντο καὶ ἐψηφίσαντο αὐτὸν εἶναι Υἱὸν Θεοῦ. Πόθεν; Ἐν δυνάμει, τουτέστιν, ἀπὸ τῆς δυνάμεως τῶν σημείων ὧν¹² ἐποίησεν. Ἀλλὰ καὶ « κατὰ Πνεῦμα ἁγιάσυνης, » τουτέστιν, ἐκ τοῦ Πνεύματος, δι' οὗ ἠγάγετο τοὺς πιστεύοντας· Θεοῦ γὰρ τὸ τοιαῦτα χαρίζεσθαι. Ἀλλὰ καὶ « ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν » πρῶτος γὰρ οὗτος, καὶ μόνος, ἑαυτὸν ἤγειρε. Καὶ ἐκ τῆς ἀναστάσεως οὖν ὤρισθη καὶ ἀπεφάνθη Υἱὸς Θεοῦ· μέγα γὰρ καὶ τοῦτο, ὡς καὶ αὐτὸς λέγει· « Ὅταν ὑψώσῃτε με ἀπὸ τῆς γῆς, τότε γνώσεσθε, ὅτι ἐγὼ εἰμι. »

« Δι' οὗ ἐλάβομεν χάριν καὶ ἀποστολὴν εἰς ὑπακοὴν πίστεως. » Ὅρα εὐγνωμοσύνην. Οὐδὲν, φησὶν, ἡμέτερον, ἀλλὰ πάντα ἐλάβομεν διὰ τοῦ Υἱοῦ¹³. Καὶ μὴν διὰ τοῦ Πνεύματος ἐλαβον τὴν ἀποστολὴν καὶ τὴν χάριν. « Ἐκεῖνος γὰρ, φησὶν, δὴ γῆσται ὑμᾶς » καὶ τὸ Πνεῦμά φησὶν, « Ἀφορίζατέ μοι τὸν Παῦλον καὶ τὸν Βαρνάβαν· καὶ, « Διὰ τοῦ Πνεύματος διδοταὶ λόγος σοφίας. » Καὶ τί τοῦτο; Τὰ τοῦ Πνεύματος, τοῦ Υἱοῦ εἰσι, καὶ τὸ ἔμπαιλιν. « Χάριν δὲ, φησὶν, ἐλάβομεν καὶ ἀποστολὴν, » τουτέστιν, οὐκ αὐτὸ κατωρθώσαμεν τὸ γενέσθαι ἀποστολοὶ, ἀλλ' ἐκ τῆς ἀνωθεν χάριτος τοῦτο. Ἀλλὰ καὶ τὸ πείθειν, τῆς χάριτος· τὸ μὲν γὰρ περιεῖναι καὶ κηρύττειν, τῶν ἀποστόλων· τὸ δὲ πείθειν τοὺς ἀκούοντας, ὄλον τοῦ Θεοῦ. « Εἰς ὑπακοὴν πίστεως. » Οὐκ εἰς λογομαχίας καὶ ζητήσεις, ἢ κατασκευὰς, ἀπεστάλημεν, φησὶν, ἀλλ' εἰς ὑπακοὴν πίστεως· ἵνα, φησὶν, οἱ διδασκόμενοι ὑπακούωσιν, ἀναντιβῆῃτως πιστεύοντες.

« Ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. » — « Ἐν πᾶσι δὲ τοῖς ἔθνεσιν » ἐλάβομεν χάριν, οὐκ ἐγὼ μόνος, ἀλλὰ καὶ οἱ λοιποὶ ἀπόστολοι. Οὐ γὰρ δὴ Παῦλος πάντα τὰ ἔθνη περιήλθεν· εἰ μὴ τις εἶπη, ὅτι εἰ καὶ μὴ ζῶν, ἀλλ' οὖν μετὰ τελευτῆν, εἰς πάντα τὰ ἔθνη περιεῖσι διὰ τῶν Ἐπιστολῶν. Ἴνα δὲ πιστεύωσιν ἀκούοντες¹⁴ περὶ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ, οὐχὶ¹⁵ περὶ τῆς οὐσίας αὐτοῦ. Ἦ γὰρ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ ἦν, ὃ καὶ τὰ σημεῖα ἐποίησεν. Καὶ τοῦτο ἐκ πίστεως δεῖται· οὐδὲ γὰρ, οὐδ' αὐτὸ λογισμῷ καταληπτόν. Ὅρα δὲ τὴν φιλοκρίαν τοῦ Εὐαγγελίου, οὐκ ἐνὶ ἔθνει, ὡς ἡ Παλαιὰ, ἀλλὰ πᾶσι δοθεῖσαν.

¹¹ Joan. viii, 28.

¹² Joan. xvi, 13.

¹³ Act. xiii, 2.

¹⁴ I Cor. xii, 8.

Variae lectiones.

¹¹ ἀναδείχθέντος iii.

¹² ἄ ο.

¹³ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ο.

¹⁴ οἱ ἀκούοντες iii.

¹⁵ οὐ γὰρ ο.

listæ : ut ab hac auditores ad supernam illam generationem quasi manu ducat. Siquidem et ipse Dominus primum visus est homo, deinde cognitus est Deus.

Vers. 4. « Qui definitus est Filius Dei in virtute secundum Spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum, Jesu Christi Domini nostri. » Supra dixit, Evangelium esse « de Filio suo : » nunc igitur astruit, quanam ratione cognitus sit Filius Dei, inquam, « definitus, » hoc est, demonstratus, confirmatus, judicatus. Definitio enim est ipsa judicatio, suffragium seu calculus et sententia. Nam cuncti definerunt judicaveruntque Ipsum esse Filium Dei. Undenam? « In virtute, » hoc est, ex potentia et efficacia signorum quæ faciebat. Præterea « secundum Spiritum sanctificationis, » hoc est, ex Spiritu per quem sanctificabat credentes. Dei enim est, donare talia. Quinetiam « ex resurrectione mortuorum : » nam primus ille, et solus, se ipse excitavit. Itaque ex resurrectione definitus est ac declaratus Filius Dei. Magnum enim et hoc est, perinde atque ipse ait : « Cum exaltaveritis me a terra, tum cognoscetis quod ego sum i. »

« Θεοῦ γεώργιον, Θεοῦ οἰκοδομὴ ἐστε. » Εἰπὼν ἀνωτέρω, ὅτι « Ἐφύτευσα, » ἐπιμένει τῇ τροπῇ, καὶ γεώργιον αὐτοὺς καλεῖ. Εἰ οὖν γεώργιον ἐστε καὶ οἰκοδομὴ, ἀπὸ τοῦ Δεσπότη καλεῖσθαι ὀφείλετε, οὐκ ἀπὸ τῶν γεωργῶν, ἢ τῶν οἰκοδόμων. Ὡς γεώργιον οὖν, ἐνὶ φραγμῷ τῷ τῆς ὁμοιοῦς ὀφείλετε τεχιζέσθαι· ὡς οἰκοδομὴ δὲ, ἠνώσθαι, ἀλλ' οὐχὶ διεσπᾶσθαι.

« Κατὰ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ τὴν ἰδοθειάν μοι, ὡς σοφὸς ἀρχιτέκτων θεμέλιον τέθεικα. » Σοφὸν ἑαυτὸν καλεῖ ἀρχιτέκτονα, οὐκ ἐπαίρων ἑαυτὸν, ἀλλὰ βουλόμενος δεῖξαι, ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀρχιτέκτονος σοφοῦ, τὸ τοιοῦτον θεῖναι θεμέλιον, τουτέστι Χριστόν· καὶ ὅτι οὐκ ἐπαίρων ἑαυτὸν, οὕτως εἶπε, δῆλον ἐντεῦθεν. Φησὶ γάρ· « Κατὰ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ. » Οὐκ ἐμὸν γὰρ κατῆρωμα τὸ γενέσθαι σοφόν, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ χάρις.

« Ἄλλοι δὲ ἐποικοδομοῦν· ἕκαστος δὲ βλεπέτω πῶς ἐποικοδομοῦν. » Ἐπειδὴ περὶ ἐνώσεως αὐτοῖς διαλέχθη, λοιπὸν περὶ πολιτείας αὐτοῖς διαλέγεται, ἐποικοδομὴν καλῶν τὰς ἐκάστου πράξεις.

« Θεμέλιον γὰρ ἄλλον οὐδεὶς δύναται θεῖναι παρὰ τὸν κείμενον, ὃς ἐστὶν Ἰησοῦς Χριστός. » Οὐ δύνα-

institutione non permisit semen exarescere aestu Satanae tentationum: at vero Deus vobis dedit incrementum.

VERS. 7. « Itaque neque qui plantat est, aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. » Vide quomodo seipsum et Apollo vilificando, sapientium et divitum Corinthii praefectorum contemptum immolestum reddit, docens quod soli Deo sit attendendum, eique omnia quae contingunt bona, accepta referenda.

137 VERS. 8. « Qui autem plantat et qui rigat, unum sunt. » Quatenus citra Deum nihil possunt, unum sunt. Quomodo ergo esserimini alius erga alium, cum unum sitis?

« Unusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. » Quia verisimile erat, eos qui in fidei rebus multum laboraverant, sequire futuros, cum audirent omnes esse unum; statim istud corrigit, dicens: Unum sunt, quatenus sine Deo, qui incrementum dat, nihil possint. Nam quod ad retributionem attinet, quisque juxta proprium laborem mercedem habebit. Non dixit autem, secundum proprium opus, sed, « secundum laborem. » Quid enim si opus quidem non perfecit, laboravit tamen?

VERS. 9. « Dei enim sumus cooperatores. » Qui docemus, inquit, Dei sumus cooperatores, ad scopum et propositum Dei, servare volentis. cooperantes; non ipsi nos sumus salutis vel auctores vel datores. Non igitur contemnendi; Dei enim sumus cooperatores. Neque ideo nos attolli oportet: totum enim est Dei.

« Dei agricultura, Dei aedificatio estis. » Cum supra dixisset, « plantavi; » eodem in tropo perseverat, agriculturam eos appellans. Quod si igitur agricultura estis et aedificatio, a Domino debetis nominari, non ab agricolis aut exstructoribus. Igitur tanquam arvom, una concordiae sepe muniri debetis, et tanquam aedificium, uniri debetis, et non divelli.

VERS. 10. « Secundum gratiam Dei quae data est mihi, ut sapiens architectus fundamentum posui. » Sapientem se architectum appellat, non quod se ipsum extollat, sed uti commonstret eas esse partes sapientis architecti, tale fundamentum jacere, nimirum Christum. Quod vero non ut sese attolleret, haec dixerit, inde planum est: dicit enim, « secundum gratiam Dei; » non enim meum est opus quod sapiens sum, sed Dei gratis.

« Alius autem superaedificat: unusquisque autem videat quomodo superaedificet. » Postquam de unitate eis disseruisset, in posterum de vita moribusque disputat, superaedificationem sua cuiusque opera nominans.

VERS. 11. « Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, praeter id quod positum est, quod est

Variae lectiones.

⁹⁹ ἀποξηραθῆνα: ο. ⁹⁰ ἦγουν τῷ τοῦ πονηροῦ πειρασμῷ ο. ⁹¹ ἠβξεν ο. ⁹² πρὸς ο. ⁹³ ἐπειδὴ ο. ⁹⁴ ἀρχιγοί III.

Jesus Christus. » Non potest, tantisper dum manserit sapiens architectus. Nam si quis fuerit insipiens architectus, potest quidem fundamentum jacere, sed ex quo hæreses prodeant. At cum inter vos Corinthios fundamentum unum sit Christus, debetis et ipsi vos super hunc ædificare, non quæ ex contentione et æmulatione sunt, sed virtutis potius opera.

VERS. 12. « Sin quis autem superædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides **138** pretiosos, ligna, fenum, stipulam, uniuscujusque opus manifestum erit. » Ubi acceperimus fundamentum fidei, superstruimus unusquisque, alii quidem bona opera, quæ differentiam admittunt, quatenus alia majora sunt et alia minora: exempli gratia virginitatem, seu aurum; honestas nuptias, in-
 star argenti; paupertatem, veluti lapides pretiosos; in divitiis eleemosynam, tanquam aliud minus pretiosum. Alii autem mala opera superstruimus, quæ et ipsa suos habent gradus. Unde et illa quidem quæ facilius comburuntur, fenum et stipula dicuntur: qualia sunt, impuritas, idololatria, avaritia: illa vero quæ minus sunt ejusmodi, ligna; ut ebrietas, risus et his similia. Quidam autem fortassis e contra; prædicta illa, ligna; hæc vero fenum et stipulam dicunt.

VERS. 13. « Dies enim declarabit, quoniam in igne revelatur: et uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit. » Per diem judicii diem intelligit. In igne vero opera revelari dicit, id est manifestum fieri cujusnam sint naturæ, utrum aurum sint, an diversum.

VERS. 14, 15. « Si cujus opus manserit quod superædificavit, mercedem accipiet. Si cujus opus arserit, detrimentum patietur. » Si aurum vel argentum habueris, opus tuum omnino permanebit, et mercedem feres. Sin fenum et hujusmodi, opus tuum ignis impetum non feret (hoc enim est, « arserit »), sed malum esse convincetur. Quemadmodum si quis aureis indutus armis igneum flumen pertranseat, illustrior evadit: sin vero feno amictus permeet, non solum sibi involuimento non foret, sed etiam exitio: ita in operibus se res habet. Quamobrem fides sine operibus nihil valet. Ecce enim hic fundamentum quidem est Christus: opera vero quæ secundum Christum non sunt, flammis adjudicantur.

« Ipse autem servabitur: sic tamen quasi per ignem. » Non quemadmodum opera, sic et ipse peribit, adeo scilicet, ut in nihilum redigatur, sed servabitur, hoc est incolumis custodietur, ita ut igne comburatur. Nos enim de ligno quod non facile comburitur, aut in cinerem convertitur, ita dicere solemus, quod in igne servatur, quo ustio diuturnior fiat. Peccator itaque detrimentum patitur, propterea quod in ejusmodi rebus laboravit, per

ται, ἕως ἂν μένη σοφῶς ἀρχιτέκτων· ἐπεὶ θάνατον μὴ ἔστι σοφῶς ἀρχιτέκτων, δύναται θείναι, καὶ ἐκ τούτου αἰ αἰρέσεις. Ἐν ὁμίῳ οὖν τοῖς Κορινθίοις, ἐπεὶ θεμέλιος εἰς ἐστὶν ὁ Χριστὸς, ὀφείλετε καὶ αὐτοὶ τοῦτῃ ἐποικοδομεῖν, μὴ τὰ ἐξ ἐριδος καὶ ζήλου, ἀλλὰ τὰ τῆς ἀρετῆς ἔργα.

« Εἰ τις ἐποικοδομεῖ ἐπὶ τὸν θεμέλιον τοῦτον, χρυσόν, ἀργυρον, λίθους, τιμίους, ξύλα, χόρτον, καλὰ μὲν, ἐκάστου τὸ ἔργον φανερόν γενήσεται. » Μεθ' ὃ δεξόμεθα τὸν θεμέλιον τῆς πίστεως, ἐποικοδομοῦμεν ἕκαστος, οἱ μὲν ἀγαθὰς πράξεις· αἰτινες διαφορὰν ἔχουσι, μείζους οὖσαι καὶ ἐλάττους· οἷον, τὴν παρθενίαν, ὡς χρυσόν· τὸν τίμιον γάμον, ὡς ἀργυρον· τὴν ἀκτημοσύνην, ὡς λίθους τιμίους· τὴν ἐν πλοῦτῳ ἐλεημοσύνην, ὡς ἄλλο τι τῶν ἤττων τιμίων. Οἱ δὲ, τὰς πονηρὰς πράξεις ἐποικοδομοῦμεν, αἰτινες καὶ αὐταὶ βαθμοὺς ἔχουσιν· ὡς χόρτον μὲν καὶ καλὰ μὲν λέγεσθαι τὰς εὐκωλοτέρας πρὸς τὸ καλεσθαι· οἷον, ἀκαθαρσίαν, ειδωλολατρείαν, πλεονεξίαν· ξύλα δὲ, τὰς ἤττων τοιαῦτας· οἷον, μέθην, γέλωτα, καὶ τὰ τοιαῦτα· ἰσως δὲ τινες τούναντιον· ξύλα, τὰς προβηθείσας· χόρτον δὲ καὶ καλὰ μὲν, ταύτας ἐροῦσιν.

« Ἡ γὰρ ἡμέρα δηλώσει, ὅτι ἐν πυρὶ ἀποκαλύπτεται· καὶ ἐκάστου τὸ ἔργον ὁποῖόν ἐστι, τὸ πῦρ δοκιμάσει. » Ἡμέραν μὲν τὴν τῆς κρίσεως φησὶν· ἐν πυρὶ δὲ λέγει τὰ ἔργα ἀποκαλύπτεσθαι, τούτεστι, φανερὰ γίνεσθαι, ὅσα τὴν φύσιν ἐστίν, ἄρα χρυσοῦς, ἄρα τούναντιον.

« Εἰ τινοὺς τὸ ἔργον μένει ὁ ἐποικοδόμησας, μισθὸν λήψεται. Εἰ τινοὺς τὸ ἔργον κατακαήσεται, ζημιωθήσεται. » Εἰ μὲν ἀργυρον, ἢ χρυσόν ἔχεις, μενεὶ πάντως τὸ ἔργον σου, καὶ λήψῃ μισθόν· εἰ δὲ χόρτον καὶ τὰ τοιαῦτα, οὐκ οἴσει τοῦ πυρὸς τὴν βύβην τὸ ἔργον σου (τοῦτο γὰρ ἐστὶ τὸ, « κατακαήσεται »), ἀλλ' ἐλεγχθήσεται πονηρὸν εἶναι. Ὅσπερ γὰρ εἰ τις χρυσᾶ ὄπλα ἔχων διέλθοι ποταμὸν πυρὸς, φαιδρότερος διαθαίνει· εἰ δὲ χόρτον ἔχων διέλθοι, οὐ μόνον οὐδὲν ὦνησεν, ἀλλὰ καὶ ἑαυτὸν ἀπολλύει· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ἔργων ἐστίν. Ὅτε οὐκ ὀφείλει πίστις χωρὶς ἔργων ἀγαθῶν. Ἰδοὺ γὰρ ἄναυθα θεμέλιος μὲν ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ τὰ ἔργα μὴ κατὰ Χριστὸν ὄντα, τὸ κατακαῆναι ἄξια λέγονται.

« Αὐτὸς δὲ σωθήσεται· οὕτω δὲ, ὡς διὰ πυρὸς. » Οὐχ ὡσπερ τὰ ἔργα, οὕτω καὶ αὐτὸς ἀπολείται, εἰς τὸ μηδὲν χωρῶν, ἀλλὰ σωθήσεται, τούτεστι, σώσῃ τηρηθήσεται, ὥστε ἐν τῷ πυρὶ κατακαίεσθαι. Καὶ ἡμῖν γὰρ ἔθος οὕτω λέγειν περὶ ξύλου μὴ κατακαίμενου, μηδὲ ἀποτεφρουμένου βραδίως, ὅτι σώζεται ἐν τῷ πυρὶ, ὥστε διαρκεστέραν γενέσθαι τὴν καύσιν. Ζημιούτα: μὲν οὖν ὁ ἁμαρτωλὸς, καθ' ὃ ἐπὶ τοιούτοις ἔκοπίασεν, ἐξ ὧν ἀνώλετο, πάντας τοὺς κό-

Variae lectiones.

** διαφορὰς ἔχουσι μείζους καὶ ἐλατ... ο. ** τούτοις ο.

πους μάτην καταβαλλόμενος εἰς ἀνυπόστατα πράγματα, καὶ μὴ ὄντα (πᾶσα γὰρ κακία μὴ ὄν)· ὡσπερ ἂν εἰ τις τμήμα πολὺ καταβαλλόμενος, ὠνήσεται τι θνησιμαίον, ὡς ζῶν. Σώζεται μὲντοι αὐτός, ὁ ἀμαρτωλὸς δηλαδὴ, τουτέστι, σώος τηρεῖται δίκας αἰωνίου ὑπάρχων.

« Οὐκ οἴδατε ὅτι ναὸς Θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν; » Εἰ; τὸν περὶ τοῦ πεπορνευκότος λόγον εἰσθαλεῖν μέλλει. Καὶ ὄρα, πῶς ἐν-τρεπτικῶς κέχρηται τῷ λόγῳ. Ἐπεὶ γὰρ τῆς δοθείσης ἡμῖν χάριτος, τουτέστι, τῆς ἐνοικίσεως τοῦ Πνεύματος, ἐντρέπει τὸν πορνεύσαντα, εἰ καὶ μὴ σαφῶς τὸ πρόσωπον τέθεικεν, ἀλλ' ἐν κοινῷ τὸν λόγον ποιεῖται. Εἰ δὲ ναὸς Θεοῦ ἐσμεν, ἐπειδὴ ἐνοικεῖ ἐν ἡμῖν τὸ Πνεῦμα, ἄρα τὸ Πνεῦμα Θεός.

« Εἰ τις τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ φθειρεῖ, φθερεῖ τοῦτον ὁ Θεός. » Τουτέστιν ἀπολεῖ. Τοῦτο δὲ οὐ καταρωμένου, ἀλλὰ τὸ ἐσόμενον προλέγοντος.

« Ὁ γὰρ ναὸς τοῦ Θεοῦ ἅγιός ἐστιν, οἰκτινές ἐστε ὑμεῖς. » Τοιγαροῦν ὁ πόρνος οὐ δύναται εἶναι ἅγιος, ἐπειδὴ τὸ ναὸς εἶναι ἀπόλεσεν, ἐξοικισθέντος τοῦ ἀγιάζοντος αὐτὸν Πνεύματος. Τίς δὲ ὁ ναός; Ὑμεῖς δηλαδὴ, εἰ καθαρὸς διαμείνητε.

« Μηδεὶς ἐαυτὸν ἐξαπατάτω. » Νομίζων ὅτι ἄλλως ἔχει τὸ πρᾶγμα, καὶ οὐχ ὡς εἶπον.

« Εἰ τις δοκεῖ σοφός εἶναι ἐν ὑμῖν ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, μωρὸς γενέσθω, ἵνα γένηται σοφός. » Περὶ τοῦ πεπορνευκότος αἰνιξάμενος ὀλίγα τινα, πάλιν κατὰ τῶν ἐπαιρομένων ἐπὶ τῇ ἔξω σοφίᾳ ποιεῖται τὸν λόγον, καὶ φησιν, ὅτι « Ὁ δοκῶν σοφός εἶναι ἐν ὑμῖν, ἐμωρὸς γενέσθω, ἀντὶ τοῦ, τὴν ἔξω σοφίαν ἐτιμησάτω, ἵνα κτήσεται τὴν θείαν. Ὡσπερ γὰρ ἡ κατὰ Θεὸν πενία πλοῦτός ἐστι, καὶ ἡ ἀδοξία ὁμοίως ἐδόξα· οὕτω καὶ ἡ κατὰ Θεὸν μωρία, σοφία ἐστίν. Ὅρα δὲ, οὐκ εἶπαν, Ἄποθέσθω τὴν σοφίαν, ἀλλ' ὁ πολλῶν μείζων, ἐμωρὸς γενέσθω, » τουτέστι, μηδὲν ἀφ' ἐαυτοῦ νοῶν, μὴ τοῖς οικείοις πιστευῶν λογισμοῖς, ἀλλὰ τῷ Θεῷ κτηνωδῶς ἐπόμενος, καὶ πιστευῶν πᾶσι τοῖς τοῦ Θεοῦ.

« Ἡ γὰρ σοφία τοῦ κόσμου τούτου, μωρία παρὰ τῷ Θεῷ ἐστίν. » Οὐ μόνον γὰρ οὐδὲν συντελεῖ πρὸς τὴν ἀληθινὴν σοφίαν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἐμποδίζει, ὅτε ἐξ οἰήσεως ἀπαξιούσα μαθεῖν, καὶ διὰ τοῦτο ἐν ἀγνοίᾳ εἶναι δεῖ παρασκευάζουσα τὸν ταύτην χρώμενον· ὅθεν καὶ ὡς μωροὶ ὑποσκελιζονται παρὰ τοῦ Θεοῦ.

« Γέγραπται γάρ· Ὁ δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν. » Μαρτυρίαν ἐπάγει, πῶς μωρία παρὰ τῷ Θεῷ ἐστίν ἡ ἀνθρωπίνη σοφία, καὶ φησιν, ὅτι ὡς μωροὺς δράσεται ὁ Θεός τοὺς σοφοὺς· τουτέστι, τοῖς οικείοις ὄπλοις αὐτοὺς χειροῦται. Κἂν γὰρ πανούργοι ᾖσι καὶ σοφοί, ὡς μωροὶ καὶ ἀνόητοι ἰλέγονται. Οἶον· Ἐνόμιζον ἔκεινοι μὴ δεῖσθαι Θεοῦ,

1 Joan. v, 15.

quæ perit, omnes suos labores in res non subsistentes frustra impendens. (Nam omne malum est non eus.) Haud aliter quam si quis magnum deponens pretium, cadaver emeret, perinde ac si vivum esset. Atqui servatur ipse (peccator scilicet), hoc est, integer servatur ad æterna supplicia.

VERS. 16. « Nescitis quod templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis? » Ad eum qui fornicatus erat sermonem convertit. 139 Et vide quam efficaciter ad pudorem faciendum locutus est. A gratia enim quæ nobis data est, hoc est ab inhabitatione Spiritus, eum qui fornicatus erat pudefacit, licet personam ejus non palam proposuit, quia in communi sermonem instituit. Si autem Dei templum sumus, eo quod Spiritus Dei habitat in nobis, tum Spiritus est Deus.

VERS. 17. « Si quis templum Dei corrumpit, corrumpet illum Deus. » Id est perdet. Hoc vero non est execrantis, sed quidam futurum sit vaticinantis.

« Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. » Proinde fornicator non potest esse sanctus, quoniam amisit quod sit templum Dei, expulso sanctificante ipsum Spiritu. Quis vero templum est? Vos scilicet, si puri perseveretis.

VERS. 18. « Nemo seipsum seducat. » Existens quod aliter se res habeat, et non sicut dixeram.

« Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc sæculo, stultus fiat, ut sit sapiens. » Paucis de fornicatore veluti per umbram adductis, rursus in eos qui externa sapientia inflantur, sermonem flectit. Qui, inquit, videtur sapiens esse inter vos, « stultus fiat, » hoc est externam sapientiam reprobet, ut possideat divinam. Nam quemadmodum paupertas secundum Deum, divitiæ sunt et incelebritas similiter gloria, ita stultitia secundum Deum sapientia est. Animalverte autem, non dixit, rejiciat sapientiam, sed quod multo majus est, « stultus fiat, » hoc est nihil a seipso intelligens, non propriis argumentis fidem adhibens, sed Deum, ut jumenta pastorem, sequens, omnibusque divinis rebus credens.

VERS. 19. « Sapientia enim hujus mundi est stultitia apud Deum. » Non solum enim nihil prodest aut conducit ad veram sapientiam, verum etiam potius impedit: quippe quæ præ sui existimatione discere delignetur, atque propterea nunquam non in ignorantia esse faciat eum qui ipsa utatur. Unde et fatuorum instar a Deo passum deturbantur.

« Scriptum est enim: Qui apprehendit sapientes in astutia eorum. » Testimonium producit quomodo stultitia sit apud Deum humana sapientia, aitque: Tanquam stultos apprehendit sapientes Deus: hoc est, propriis armis subigit illos. Etiamsi enim astuti et sapientes fuerint, tanquam stulti tamen et insipientes arguuntur. Exempli gratia:

arbitrabantur illi se Deo non indigere, sed omnia A per se posse intelligere. At Deus monstravit illis per res ipsas, quod dicendi vehementia et astutia nihil illis profuerit; sed maxime divino auxilio li indigebant, qui nihil indigere viderentur. Itaque in calliditate sua, qua putabant se omnia novisse, **140** nihil scire inventi sunt, sed piscatoribus et coriariis in rebus necessariis rudiores.

VERS. 20. « Et rursus: I Dominus novit cogitationes sapientum, quod vanæ sint. » Si igitur Dominus novit quod vanæ sunt cogitationes, quippe quæ nihil necessariorum et salutarium contineant: quomodo vos, Corinthii, contraria Deo decernitis, ac tanquam valde utiles cogitationes vestras prosequimini?

VERS. 21. « Itaque nemo glorietur in hominibus: B omnia enim vestra sunt, sive Paulus, sive Apollo, sive Cephas. » Hæc videtur ad subditos quidem dicere; terret autem principes, inquit: Non oportet vos omnino gloriari: neque in sapientia, stultitia enim est: neque ob spiritualia dona, Dei enim sunt, ac propter subditos hæc donantur. Atque hæc est quod ait: « Omnia enim vestra sunt, » hæc est, Quid doctores vestri superbiunt, vos autem inflatis eos et attollitis? Non enim proprium aliquid habent, sed vestra sunt quæ illi habent, ob vestram commoditatem data ipsis, et vobis potius illi gratias agere debent. Rursus autem suis ipsius meminit et Petri, ut minus esset molestus, utque ostendat, quod si nos vestri causa acceperimus charismata, C ac vestri causa nos doctores designati sumus; multo magis ii, qui nunc sunt doctores vestri, de donis spiritualibus, tanquam de propriis operibus, offerri non debent, cum aliena bona sint.

VERS. 22. « Sive mundus, sive vita, sive mors, sive præsentia, sive futura. » Ipsa vita, inquit, doctorum propter vos est, ut vobis prosint, dum instituitur ab eis: ac mors ipsorum est propter vos: propter vos enim vestramque salutem pericula subeunt. Vel aliter: Et Adami mors est propter vos, ut modestiores reddamini; et Christi, ut servemini. Ac simpliciter universus mundus propter vos, ut per ipsum ad auctorem et conditorem ducamini, utque ipsius corruptione doctoris vice utamini, ad desiderium rerum incorruptibilium excitandum. D Præsentia sunt etiam propter vos, hoc est bona quæ jam inde credentibus donat Deus. Futura etiam propter vos parata sunt.

VERS. 23. « Omnia vestra sunt: vos autem, Christi: Christus autem, Dei. » Non quemadmodum nos Christi sumus, sic et Christus Dei. Nos enim Christi sumus, velut opus ejus et signum: Christus autem Dei, tanquam Filius ante sæcula genitus et æternus, ac veluti causam et auctorem habens Patrem. Quare licet diotia sit unica, diversa tamen

ἀλλὰ πάντα οικουθεν νοεῖν· ἔδειξεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων, ὅτι ἡ δεινότης καὶ ἡ πανουργία οὐδὲν αὐτοῖς· ἐλουσιτέλεσεν, ἀλλὰ μάλιστα αὐτοὶ δέονται τοῦ Θεοῦ, οἱ δοκοῦντες μὴ δεῖσθαι. Ὡστε ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν, ἐν ἣ ἦροντο τὰ πάντα εἰδέναι, εὐρέθησαν μὴδὲν εἰδότες, ἀλλ' ἀλίτων καὶ σκυτέων ἀγροικότεροι ὄντες ἐν τοῖς ἀναγκαίοις.

« Καὶ πάλιν· Γινώσκει Κύριος τοὺς διαλογισμοὺς τῶν σοφῶν ⁶⁷, ὅτι εἰσι μάταιοι. » Εἰ τοίνυν γινώσκει ὁ Κύριος τοὺς διαλογισμοὺς ⁶⁸, ὅτι μάταιοί εἰσιν, ἅτε μὴδὲν τῶν ἀναγκαίων καὶ σωτηριαδῶν καταλαμβάνοντες· πῶς ὑμεῖς, Κορινθιοὶ, τάναντία τῷ Θεῷ γινώσχετε, καὶ ὡς ἐπωφελεῖς τούτους περιέπετε;

« Ὡστε μὴδεὶς καυχᾶσθω ἐν ἀνθρώποις· πάντα γὰρ ὑμῶν ἐστίν, εἴτε Παῦλος, εἴτε Ἀπολλῶς, εἴτε Κηφᾶς. » Ταῦτα δοκεῖ μὲν πρὸς τοὺς ἀρχομένους λέγειν· πλήττει δὲ τοὺς ἀρχοντας, λέγων, ὅτι οὐδεὶς καυχᾶσθαι ἔδωκε· οὔτε ἐπὶ τῇ ἔξω σοφίᾳ· μωρία γὰρ ἐστίν· οὔτε ἐπὶ τοῖς πνευματικοῖς χαρίσμασι· τοῦ Θεοῦ γὰρ εἰσι, καὶ διὰ τοὺς ἀρχομένους ταῦτα δίδονται. Τοῦτο γὰρ ἐστίν ὃ λέγει· « Πάντα γὰρ ὑμῶν ἐστί· τούτέστι, τί οἱ διδάσκαλοι ὑμῶν ἐπαίρονται, καὶ ὑμεῖς δὲ ὀγκοῦτε αὐτοὺς καὶ ὑπεραίρετε; Μὴ γὰρ οἰκεῖν τι ἔχουσιν, ἀλλ' ὑμῶν εἰσιν ἃ ἔχουσι, διὰ τὴν ὑμετέραν ὠφέλειαν δοθέντα αὐτοῖς, καὶ χάριν αὐτοὶ μᾶλλον ὑμῖν ὀφείλουσι. Πάλιν δὲ ἐαυτοῦ καὶ Πέτρου ἐμνήσθη, διὰ τὸ ἀνεπαχθῆς, καὶ ἵνα δείξῃ, ὅτι· Εἰ ἡμεῖς δι' ὑμᾶς ἐλάβομεν τὰ χρίσματα, καὶ δι' ὑμᾶς διδάσκαλοι προεβλήθημεν· πολλῷ μᾶλλον οἱ νῦν διδάσκαλοι ὑμῶν οὐκ ὀφείλουσιν ὡς ἐπὶ οἰκείους κατορθώμασι, τοῖς χαρίσμασιν ἐπαίρεσθαι, ἀλλοτρίοις οὖσιν ἀγαθοῖς.

« Εἴτε κόσμος, εἴτε ζωὴ, εἴτε θάνατος, εἴτε ἐνεστώτα, εἴτε μέλλοντα. » Καὶ ἡ ζωὴ, φησὶ, τῶν διδασκάλων δι' ὑμᾶς ἐστίν, ἵνα ὠφεληθῆτε διδασκόμενοι· καὶ ὁ θάνατος αὐτῶν δι' ὑμᾶς· ὑπερ ὑμῶν γὰρ κινδυνεύουσι, καὶ τῆς ὑμετέρας σωτηρίας. Ἡ καὶ ἄλλως· Ὅτι καὶ ὁ τοῦ Ἀδάμ θάνατος δι' ὑμᾶς ἐστίν, ἵνα σωθῆτε· καὶ ἀπλῶς ὁ κόσμος ἅπας δι' ὑμᾶς, ὡς ἂν ⁶⁹ δι' αὐτοῦ πρὸς τὸν Δημιουργὸν ὀδηγηθῆτε, καὶ χρησθῆτε τῇ φθορᾷ αὐτοῦ διδασκάλῳ πρὸς τὸν τῶν ἀφάρτων πόθον. Καὶ τὰ ἐνεστώτα δι' ὑμᾶς, τούτέστι, τὰ ἀγαθὰ, ἃ ἐντεῦθεν ἤδη χαρίζεται τοῖς πιστεύουσιν ὁ Θεός· καὶ τὰ μέλλοντα δι' ὑμᾶς ἡτοιμάσται.

« Πάντα ὑμῶν ἐστίν· ὑμεῖς δὲ, Χριστοῦ· Χριστοῦ δὲ, Θεοῦ. » Οὐχ ὡς ἡμεῖς Χριστοῦ, οὕτως καὶ ὁ Χριστὸς Θεοῦ. Ἡμεῖς μὲν γὰρ Χριστοῦ, ὡς ἔργον αὐτοῦ καὶ ποίημα· ὁ δὲ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, ὡς Υἱὸς προαιώνιος, καὶ ὡς αἴτιον ἔχων τὸν Πατέρα. Ὡστε εἰ καὶ μία ἡ λέξις, ἀλλὰ διάφορος ἡ ἔννοια· ἐπεὶ οὐδὲ τὰ πάντα οὕτως ἐστὶν ἡμῶν, ὡς ἡμεῖς

I Psal. xciii, 12.

Variae lectiones.

⁶⁷ ἀνθρώπων m. ⁶⁸ συλλογισμῶν o. ⁶⁹ ἴνα m.

τοῦ Χριστοῦ. Ἡμεῖς μὲν γὰρ δοῦλοι ἐσμεν τοῦ Χριστοῦ καὶ ποιήματα· τὰ δὲ πάντα, οὐ δοῦλα ἡμῶν, οὐδὲ ποιήματα. Ὡστε οὐ καλῶς ποιεῖτε, ἄνθρωποι· ἐαυτοὺς προσνέμοντες, καὶ ταῦτα Χριστοῦ βντες.

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

« Οὐ. ὡς ἡμᾶς λογιζέσθω ἄνθρωπος, ὡς ὑπηρέτας Χριστοῦ, καὶ οἰκονόμους μυστηρίων Θεοῦ. » Ἐπειδὴ ὑπηρέται ἐσμὲν οἱ διδάσκαλοι, τί τὸν Δεσπότην ἀφέντες, ἀφ' ἡμῶν τῶν ὑπηρετῶν ὀνομάζεσθε; Οἰκονόμους δὲ ὀνομάσας μυστηρίων τοὺς ἀποστόλους καὶ διδασκάλους, ἔδειξεν ὅτι οὐκ ἀνοικονομήτως πᾶσι χρῆ τὸν λόγον χορηγεῖν, ἀλλ' οἷς δεῖ, καὶ ὅτε δεῖ, καὶ ὡς δεῖ· ἄλλως τε καὶ μυστήρια ὄντα, οὐ πᾶσιν ὀφείλουσιν ἀνακακαλύφθαι· τούτο γὰρ οὐ φρονίμου οἰκονόμου.

« Ὁ δὲ ζητεῖται λοιπὸν ἐν τοῖς οἰκονόμοις, ἵνα τις πιστὸς εὐρεθῆ. » Τουτέστιν, ἵνα μὴ τὰ δεσποτικὰ σφέτερίζηται, ἵνα μὴ ὡς δεσπότης τὰ πράγματα μεταχειρίζηται, ἀλλ' ὡς ἀλλότρια καὶ δεσποτικὰ οἰκονομῶν· οὐκ οἰκεία λέγων εἶναι τὰ δεσποτικὰ, ἀλλὰ τὸναντίον, τὰ οἰκεία, δεσποτικά.

« Ἐμοὶ δὲ εἰς ἐλάχιστόν ἐστιν, ἵνα ὑφ' ὁμῶν ἀνακριθῶ, ἢ ὑπὸ ἀνθρωπίνης ἡμέρας. » Νόσημα ἐπεχωρίσας τῇ Κορίνθῳ τοιοῦτον. Οἱ γὰρ πρὸς τοὺς διδασκάλους διηρημένοι ⁷⁰, καθάπερ δικασταὶ προκαθήμεινοι, ἄνθρας εὐσεβεῖς καὶ θεοφιλεῖς διὰ τὴν ἀμαθίαν ἐκωμῶδουν καὶ ἐξέβαλλον· τοὺς δὲ μυρίων γέμωντας κακῶν ἐνέκρινον διὰ τὴν εὐγλωτσίαν, τοιαῦτα προπετῶς ψηφίζόμενοι· Ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνα γρείττων, καὶ οὗτος ἐκείνου καταδεέστερος, κάκεινος τούτου βελτίων, κάκεινος τούτου. Ἐπεὶ οὖν εἶπεν ὁ Παῦλος ἐν τοῖς οἰκονόμοις ζητεῖσθαι ἵνα πιστό· τις εὐρεθῆ, ἐδόκει δὲ πάροδοι αὐτοῖς διδόναι τοῦ κρίνειν τὴν ἐκάστου βίον, τοῦτο δὲ τὰς διχοστασίας μείζους ἐποίησε· ἵνα μὴ τοῦτο πάθωσιν, ἀναστέλλει αὐτοὺς τοῦ κρίνειν, καὶ φησιν· « Ἐμοὶ δὲ εἰς ἐλάχιστόν ἐστιν· » οἶον, Ἀδοξίαν ἐχω μεγίστην τὸ ὄλωσιν κρίνεσθαι με ὑφ' ὁμῶν. Εἶτα, ἵνα μὴ πλήξη αὐτοὺς ὡς περιφρονουμένους, προσέθηκεν· « Ἡ ὑπὸ ἀνθρωπίνης ἡμέρας, » τουτέστιν, ἢ ὑπ' ἄλλου τινὸς ἀνθρώπου ἐνδόξου καὶ ὑψηλοῦ· ἡμέραν γὰρ ἀνθρώπου ἢ Γραφῆ τὸ ὕψος εἰσθεν ὀνομάζειν. Ἀλλὰ μὴδεὶς ἀπόνειαν καταγινωσκέτω τοῦ Παύλου. Ταῦτα γὰρ οὐ περὶ ἑαυτοῦ ἀληθῶς φησιν· οὐ γὰρ ἐκρινον αὐτὸν ὄλωσιν· ἀλλ' ἵνα τοὺς ἄλλους μὴ κρίνωσιν, ἐν τῷ οἰκείῳ προσώπῳ κατορθοῖ ὁ βούλεται.

« Ἀλλ' οὐδὲ ἑμαυτὸν ἀνακρίνω· οὐδὲν γὰρ ἑμαυτῷ σύνοισα· ἀλλ' οὐκ ἐν τούτῳ δεδικαιώμαι· ὁ δὲ ἀνακρίνων με Κύριός ἐστι. » Μὴ νομίσητε ⁷¹, φησίν, ὅτι ὁμᾶς ἐξευταλιζῶν, ἢ τοὺς ἄλλους πάντας ἀνθρώπους, ἀπαξίω κρίνεσθαι· ἀλλ' οὐδὲ ἑμαυτὸν ἀρκεῖν ἡγοῦμαι ⁷² πρὸς τὴν τοιαύτην ἀκρίθειαν. Οὐ

A est sententia: neque enim omnia sic sunt nostra, ut vos Christi. Nos enim servi sumus Christi et figmentum: omnia autem non sunt serva nostra neque figmentum. **141** Quamobrem non recte facitis, hominibus vos ipsos attribuentes, idque cum sitis Christi.

CAPUT IV.

VERS. 1. « Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei. » Quia nos doctores sumus ministri, cur Dominum dimittentem, a nobis ministris appellamini? Dispensatores autem mysteriorum vocans apostolos ac doctores, monstravit quod non omnibus sine dispensatione verbum suppeditare oportet, sed quibus opus est, et quando convenit, et sicut oportet: præsertim cum mysteria sint, non debent quibusvis revelari: hoc enim non est prudentis œconomi.

VERS. 2. « Quod reliquum est, quæritur in dispensatoribus, ut fidus quispiam inveniatur. » Hoc est, ut herilia bona sibi non vindicet, ut non veluti dominus res tractet, sed veluti aliena et herilia dispenset: non sua dicens esse quæ heri sunt, sed e diverso, quæ sua sunt, heri esse.

VERS. 3. « Mihi autem pro minimo est, ut a vobis dijudicer, aut ab humano die. » Istiusmodi morbus Corinthum invaserat. Nam qui juxta doctores divisi erant, sedentes tanquam iudices, viros pios et devotos propter simplicitatem irridebant repudiabantque: eos autem qui innumeris flagitiis abundabant, propter eloquentiam introufitebant, talia præcipitanter dererentes: Hic illo excellentior est, ille isto inferior, atque isto ille. Cum ergo Paulus dixisset, « in dispensatoribus requiri, ut fidus quispiam inveniatur, » ac videbatur veniam ipsis dare cujuslibet vitam judicandi, quod sane majores dissensiones excitaret: ne istud patiantur, reprimit eos quominus judicent, inquit: « Mihi vero pro minimo est: » perinde ac si dicat: Ignominiosum duco, me omnino a vobis judicari. Deinde, ne eos percellat, quasi despiciantur ducerentur, addidit: « Aut ab humano die, » hoc est, a ab alio quopiam homine celebri et præclaro. Scriptura enim diem hominis celsitudinem nominare solet. Atqui nemo Paulum insolentiæ damnet: ista enim de seipso non revera dicit (nam ipsum omnino non judicabant), sed ne alios judicent, in propria persona, quod vult, corrigit.

VERS. 4. « Sed neque meipsum dijudico. Nihil enim mihi conscius sum; sed non in hoc justificatus sum. Qui autem me judicat, Dominus est. » Ne existimetis, inquit, quod villipendens vos aliosve omnes, dedigner judicari: nam neque meipsum sufficere censeo ad hujusmodi exactum judicium.

Variæ lectiones.

⁷⁰ διηρημένοι κριταὶ ἐκάθητο λέγοντες. Ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνα κρείττων· ὁ δεῖνα λογώτερος. Ἐπεὶ οὖν m. *Divisi iudices sedebant dicentes. Hic illo melior; hic eloquentior. Cum ergo.* ⁷¹ νομίζετε m. ⁷² ἡγοῦμενος o.

Non enim conscius sum mihi alicujus lapsus, quippe qui recte et exacte 142 judicare nequeo: verumtamen in hoc non justificatus sum, hoc est, non sum purus a peccato. Verisimile namque est, me peccata quæpiam admisisse, me tamen ignorare ea: Dominus autem solus est qui infallibiliter exacteque judicat. Hinc jam reputa, quam exacta erit indagatio futuri judicii.

VERS. 5. « Itaque ne ante tempus quidquam judicetis, quoad usque veniat Dominus. » Videntur propterea hæc Paulum dixisse, ne alii a Corinthiis judicentur, non autem propter seipsum? Ita namque divus Paulus perpetuo solet, quæ alterius sunt, in propriam transferre personam, inque seipso docere, quod est docturus.

« Qui et illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium. » Nunc quidem, ait, absconduntur prava opera (hæc enim sunt « abscondita tenebrarum »), et sæpenumero quispiam virtute esse præditus apparet, cum sit profanus et corruptus. Tunc autem Deus revelabit omnia, imo et cordium consilia in lucem proferet. Exempli gratia: Hic quisquam præconiis quemquam velit: in rem bonam, sed sententia fortasse corrumpitur: nam non bono forte isthuc scopo agit. Rursus, reprehendit hic quempiam aliquis, at non in eum finem, ut corrigat, sed ut patefaciat fratris peccatum. Atque hujusmodi innumera cordium consilia tunc reteguntur.

« Tunc uniusque laus erit a Deo. » Ordo postulabat, ut diceret, vel poena vel laus: cæterum in meliorem partem sermonem transtulit.

VERS. 6. « Hæc autem, fratres mei, transtuli in me et Apollo propter vos, ut discatis in nobis, non supra id quod scriptum est, sapere. » — « Hæc, » nempe quæ supra dicta sunt de dissensionibus, et quæ deinceps de non judicando alios. Ut, inquit, per nostram personam discatis non sapere ultra quam scriptum est. Dicit enim Scriptura, docens ut non extollamur: « Qui vult esse primus, sit inter vos postremus: » et, « Qui seipsum humiliat, exaltabitur: » idque genus alia innumera. De non judicando autem: « Nolite judicare, ne judicemini. »

« Ne alter adversus alterum inflentur de alio. » Idhuc ad populum dicit. Doctrinam enim variat, et interdum in discipulos, interdum autem in doctores et magistratus invehitur, perinde ac jam nunc facit. Etenim doctorum nomine inflabantur. Exempli gratia: Qui hunc doctorem habebat, adversus hujus discipulum valde superbiebat, ob suum doctorem adversus alterius doctorem inflatus. Pulchre autem rem ipsam inflationem nominavit, veluti tuber ac tumorem, per metaphoram corporis pravo humore vel spiritu inflati.

† Matth. xx, 27. † Matth. xxiii, 12. † Matth. vii, 1.

Variæ lectiones.

† κόσμου ο. † φανήσονται ο. † και οὐ μὴ κριθῆτε ο. † διδασκάλου ο.

σύνουδα μὲν γὰρ ἑμαυτῷ πταισμά τι, ἅτε μὴ δυναμνος ὀρθῶς κρίνειν καὶ ἀκριθῶς. « Πλὴν οὐκ ἐν τοῦτω δειδικαίωμαι. » τούτέστιν, Οὐκ εἶμι καθαρός ἀπὸ ἁμαρτίας. Εἰκὸς γὰρ ἡμαρτηθῆσθαι μὲν μοι τινα, ἐμὲ δὲ ἀγνοεῖν ταῦτα: ὁ δὲ Κύριος μόνος ἐστὶν ὁ ἀκριθῶς καὶ ἀσφαλῶς κρίνων. Ἐντεῦθεν δέ μοι λογίζου, πόση τῆς μελλούσης κρίσεως ἀκρίβεια.

« Ὅστε μὴ πρὸ καιροῦ τι κρίνετε, ἕως ἂν ἔβη ὁ Κύριος. » Ὁρᾷς, ὅτι διὰ τὸ μὴ κρίνεσθαι ἑτέρους παρὰ τῶν Κορινθίων ταῦτα εἶπεν ὁ Παῦλος, οὐχὶ δὲ δι' ἑαυτὸν; Τοιοῦτος γὰρ ὁ Παῦλος, ἀεὶ εἰς τὸ οἰκεῖον πρόσωπον ἀναδεχόμενος τὰ τῶν ἑτέρων, καὶ ἐν αὐτῷ διδάσκων, ἃ μέλλει διδάσκειν.

« Ὅς καὶ φωτίζει τὰ κρυπτά τοῦ σκότους, καὶ φανερώσει τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν. » Nūn μὲν, φησὶν, ἀποκρύπτονται αἱ πονηραὶ πράξεις (αὗται γὰρ « τὰ κρυπτά τοῦ σκότους »), καὶ πολλάκις ἐνάρτεος τις δοκεῖ εἶναι, βέβηλος ὢν καὶ διεφθαρμένος. Τότε δὲ ὁ Θεὸς ἀποκαλύψει πάντα, καὶ μὴν καὶ τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν φανερώσει. Οἶον· Ἐνταῦθα ἐπαίνει τις τινα· ἰδοὺ τὸ πρᾶγμα καλὸν, ἀλλ' ἡ βουλή ἴσως διεφθαρταί· τυχὸν γὰρ οὐ σκοπῶ ἀγαθῷ τοῦτο ποιεῖ. Πάλιν, διελέγχει δὴθὲν τινα, ἀλλ' οὐχ ὥστε διορθώσασθαι, ἀλλ' ὥστε ἐκπομπέσαι τὰ τοῦ ἀδελφοῦ. Καὶ μυρία τοιαῦτα βουλαὶ καρδιῶν τότε φανερωθήσονται.⁷⁵

« Τότε ὁ ἔπαινος γενήσεται ἐκάστῳ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. » Ἀκόλουθον ἦν εἰπεῖν· Ἡ τιμωρία ἡ ὀφθαλμῶν· ἀλλ' εἰς τὸ εὐφρόντερον ἀπέθετο τὸν λόγον.

« Ταῦτα δὲ, ἀδελφοί μου, μετεσημάτισα εἰς ἑμαυτὸν καὶ Ἀπολλῶ δι' ὑμᾶς, ἵνα ἐν ἡμῖν μάθητε τὸ μὴ ὑπὲρ ὃ γέγραπται φρονεῖν. » — « Ταῦτα, » τὰ τε ἀνωτέρω βηθέντα περὶ τῶν διχοστασιῶν, καὶ τὰ προσεχῶς περὶ τῶν κατακρινόντων ἑτέρους. « Ἴνα, » φησὶ, διὰ τοῦ ἡμετέρου προσώπου « μάθητε τὸ μὴ φρονεῖν ὑπὲρ ὃ γέγραπται. » Ἀλεγει γὰρ ἡ Γραφή περὶ μὲν τοῦ μὴ ἐπαρεσθαι· « Ὁ θέλων εἶναι πρῶτος, ἔστω πάντων ἔσχατος. » καὶ, « Ὁ ταπεινῶν ἑαυτοῦ, ὑψωθήσεται. » καὶ μυρία τοιαῦτα. Περὶ δὲ τοῦ μὴ κρίνειν· « Μὴ κρίνητε [συνεῖτε κρίνετε], ἵνα μὴ κριθῆτε. »

« Ἴνα μὴ εἰς ὑπὲρ τοῦ ἐνὸς φυσιοῦσθε κατὰ τοῦ ἑτέρου. » Τοῦτο πρὸς τὸν λαὸν φησὶ. Ποικίλλει γὰρ τὴν διδασκαλίαν, καὶ ποτὲ μὲν πρὸς τοὺς μαθητὰς ἀποστρέφεται, ποτὲ δὲ πρὸς τοὺς διδασκάλους καὶ τοὺς ἄρχοντας, ὡς περὶ δὴ καὶ νῦν. Καὶ γὰρ ὑπὲρ τῶν διδασκάλων ἐφυσιοῦντο. Οἶον, ὁ τόνδε ἔχων διδασκαλον κατὰ τοῦδε τοῦ μαθητοῦ⁷⁶ μέγα ἐφρόνει, ὑπὲρ τοῦ οἰκεῖου διδασκάλου φυσιοῦμενος κατὰ τοῦ ἑτέρου διδασκάλου. Καλῶς δὲ τὸ πρᾶγμα φυσίωσιν ὠνόμασεν, οἷον εἰς ἄλλο καὶ σῆμα, ἀπὸ μεταφορᾶς σώματος φυσιθέντος ὑπὸ πονηροῦ χυμοῦ ἢ πνεύματος.

« Τίς γάρ σε διακρίνει ; τί δὲ ἔχεις ὃ οὐκ ἔλαβες ; Α εἰ δὲ καὶ ἔλαβες, τί καυχᾶσαι ὡς μὴ λαβῶν ; » Πάλιν πρὸς τοὺς διδασκάλους ἀποτεινεται, κατ' ἴφρησι· Τίς ἴσως σε διέκρινε καὶ ἐψήφισατο ἄξιον τοῦ ἐπαινεῖσθαι ; ἀνθρώπος ; Ἄλλ' ἐσφάλλετο ἢ ἀνθρωπίνῃ κρίσει. Ἔστω δὲ ὅτι καὶ ἔχεις τι ἄξιον ἐπαινοῦ· οὐ σὸν ἐστὶ τοῦτο, ἀλλὰ τοῦ δόντος· καὶ ἔλαβες αὐτὸ, οὐ κατ' ὀρθωσας. Εἰ δὲ καὶ ἔλαβες, πῶς λοιπὸν ἐπαίρη ὡς μὴ λαβῶν, ἀλλ' οἴκοθεν τοῦτο ἔχων καὶ ἐξ οἰκείων πόνων ; Τὸν γὰρ λαβόντα οὐ δεῖ ἐπαίρεσθαι ἐφ' ᾧ ἔλαβεν· ἀλλότριον γὰρ ἐστίν.

« Ἦδη κεκορεσμένοι ἐστέ, ἦδη ἐπλουτήσατε. » Β Βαρυνομένου ἐστὶ τὰ ῥήματα. Οὕτω ταχῶς, φησὶν, οὐδενὸς δεῖσθε ; οὐδενὸς ἐστε ἐν χρεῖαι ; ἀλλ' ἦδη ἐκορέσθητε, ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ εἰς τὸ τέλειον φθάσαντες, καὶ τὸν πλοῦτον πάντα τῆς τε γνώσεως καὶ τῶν χαρισμάτων λαβόντες ; Καίτοι γε ἐν τῷ μέλλοντί ἐστὶ τὸ τέλειον· ὑμεῖς δὲ αὐτὸ ἦδη, ὡς εἰοικεν, ἔχετε· ἢ γὰρ καύχησις τοῦτο δηλοῖ, ὅτι εἰς αὐτὴν ἐφθάσατε τὴν τελειότητα. Ταῦτα δὲ λέγει, δεικνύων ὅτι ἀτελέστατοι εἰσίν ἢ, εἰπερ οὕτως ἔχουσι.

« Χωρὶς ἡμῶν ἐβασιλεύσατε. » Καὶ ταῦτα μετὰ τοῦ αὐτοῦ ἦθους φησὶ, τὸ ἀτυνεῖδιον αὐτῶν ἐνδεκνύμενος, ὅτι Τηλικούτων ἀζιωθέντες ὑμεῖς δωρεῶν, οὐ βούλεσθε ἡμᾶς τοὺς πονήσαντας κοινωνοὺς λαβεῖν.

« Καὶ θφειλὸν [υμῶν. θφελ.] γε ἐβασιλεύσατε, ἵνα καὶ ἡμεῖς ὑμῖν συμβασιλεύσωμεν. » Εἴθε, φησὶν, ἐβασιλεύσατε, τούτεστι, τοῦ τελείου ἐτύχητε. Εἶπο ἵνα μὴ ὀξὴ εἰρωνειάζειναι ὁ λόγος, ἐπάγει· « Ἴνα καὶ ἡμεῖς ὑμῖν συμβασιλεύσωμεν. » τούτεστι, τῶν αὐτῶν ἀγαθῶν τύχωμεν. Ἦ γὰρ ὑμῶν δόξα ἐμὴ ἐστίν· ἐπεὶ καὶ παντὶ διδασκάλῳ ἢ τῶν μαθητῶν τελειότης ἐπιπόθητος.

« Δοκῶ γὰρ ὅτι ὁ Θεὸς ἡμᾶς τοὺς ἀποστόλους ἐσχάτους ἀπέδειξεν ὡς ἐπιθανάτους. » Λυπουμένου, μᾶλλον δὲ ἐντρέποντος ῥήματα λέγει. Ὡς ὁρῶ γὰρ, φησὶν, ἐξ ὧν ὑμεῖς ποιεῖτε, ἡμεῖς οἱ ἀπόστολοι ἐσχάτοι πάντων παρὰ Θεοῦ ἀπεδείχθημεν καὶ ἐπιθανάτιοι, τούτεστι, κατὰ δικίον, πρὸς τὸ θανατοῦσθαι ἢ παρεσκευασμένοι. Ἐξ ὧν γὰρ ἢ ὑμεῖς ἦδη ἐβασιλεύσατε ἢ, στοχάζομαι ὅτι λοιπὸν ἡμεῖς κατακεκρίμεθα ἐσχάτοι εἶναι, καὶ ὡς κατὰ δικίον· ἡμεῖς οἱ ἀπόστολοι, τούτεστιν, οἱ τοσαῦτα ὑπὲρ Χριστοῦ πεπονθότες.

« Ὅτι θέατρον ἐγενήθημεν τῷ κόσμῳ, καὶ ἀγγέλοις, καὶ ἀνθρώποις. » Τούτεστιν, οὐκ ἐν γωνίᾳ μῆ πάσχομεν, ἀλλὰ πανταχοῦ γῆς· καὶ θεῶνται ἡμᾶς οὐκ ἀνθρώποι μόνον (οὐ γὰρ οὕτως εὐτελεῖ τὰ γινόμενα), ἀλλὰ καὶ ἀγγελοι. Μεγάλα γὰρ ἡμῶν τὰ παλαιόματα, ὡς καὶ ἀγγελικῆς θεωρίας ἄξια εἶναι. Καὶ γὰρ οὐ πρὸς ἀνθρώπους παλαίωμεν μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰς τῶν πονηρῶν ἀγγέλων δυνάμεις.

143 Ver^o. 7. « Quis enim te dijudicat ? aut quid habes quod non accepisti ? si autem accepisti, quid gloriaris tanquam non acceperis ? » Rursus in doctores invehitur, inquitens : Quis te laude dignum iudicavit aut censuit ? homo ? Atqui fallax est humanum iudicium. Esto autem te quiddam laude dignum habere : tuum tamen isthuc non est, sed ejus qui dedit, et accepisti illud, non tuis operibus meruisti. Quod si accepisti, quid deinceps efferris tanquam non acceperis, sed ex propriis laboribus per te habueris ? Qui enim accepit quiddam, eum non oportet efferrī ob id quod acceperit : alienum enim hoc est.

Vers. 8. « Jam saturati estis, jam divites facti estis. » Graviter ferentis sunt hæc verba. Adeone cito, inquit, nullius indigetis ? nulla plane re habetis opus ? sed jam saturati estis, exiguo temporis spatio perfectionem attingentes, omnes tum cognitionis tum charismatum divitias accipientes ? Atqui perfectio est in futuro : vos vero jam nunc ipsum, ut videtur, tenetis. Gloriatio namque vestra isthuc indicat, quod ad ipsam consummationem perveneritis. Hæc autem dicit, monstrans eos omnium esse imperfectissimos, si ad hunc modum sese habeant.

« Sine nobis regnastis » Istud quoque eodem affectu dicit, mentem ipsorum conscientia expertem indicans. Cum enim tot tantisque donis donati perfusique sitis, non vultis, inquit, nos vobis consortes, qui tamen laboravimus, accipere.

« Atque utinam regnetis, ut et nos vobiscum regnemus ! » Utinam, inquit, regnetis, hoc est, perfectionem essetis nacti ! Deinde ne sermo ironicus videatur, subinfert : « Ut et nos vobiscum regnemus, » hoc est, eadem bona consequamur. Vestra enim gloria mea est : quandoquidem cuivis præceptorī discipulorum perfectio desiderabilis est.

Vers. 9. « Puto enim quod Deus nos apostolos extremos ostendit tanquam morti destinatos. » Conbistati, vel potius pudorem inducentis verba sunt. Ut enim video, inquit, ex his quæ vos agitis, nos apostoli, omnium postremi a Deo demonstrati sumus, morti obnoxii : hoc est condemnati, atque ad mortem præparati. Quia enim vos jam regnatis, hinc conjectura colligo, quod nos jam simus condemnati ut simus postremi, ac veluti ultimo supplicio addicti : « nos, » inquam, « apostoli, » hoc est, qui tot tantaque pro Christo passi sumus.

« Quoniam spectaculum facti sumus mundo et angelis et hominibus. » Hoc est, non in uno quopiam angulo patimur, sed ubique terrarum : spectantque nos, nedum homines (non enim adeo viles sunt res operationesque nostræ), verum 144 etiam angeli. Adeo enim magna sunt nostra certamina, ut vel angelis spectatoribus digna sint. Nam non adversum homines tantummodo luctamur, cæterum adversus etiam pravorum angelorum vires adeoque potentiam.

Variæ lectiones.

¹⁷ ὅς ο. ¹⁸ ἐσφαλαί m. ¹⁹ ἀτελετέητοί m. ²⁰ θανεῖν m. ²¹ οὖν ο. ²² ἐβουλεύσασθε ο.

VERS. 10. « Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo. » Rursus et hoc ad pudorem faciendum dictum est. Nam cum apostoli cæderentur contemnerenturque propter Christum : illi vero in pretio honoreque essent, ac sapientes putarentur, atque hæc in Christo esse jactarent : Quomodo, inquit, fieri potest, ut eadem sentientibus contraria contingant? Proinde necesse est aut nos non sapere secundum Christum, aut vos. Atqui indignum est Christi apostolos non sapere secundum Christum : vos igitur erratis.

« Nos infirmi, vos autem fortes : vos nobiles, nos autem ignobiles. » Hoc est, nos agimur, persecutionem patimur : vos vero summa securitate fruimini. Infirmitatem enim tentationes passim vocat. Vos, inquit, celebres quidem estis et ingenui, nos vero inglorii. Hæc autem omnia molestia affectus dicit. Sensus enim est hujusmodi : Quomodo fieri potest, ut nos quidem affligamur, vos autem securitate fruamini, et in bonis vitam agatis? Quare perspicuum est non esse vos in bono statu, sed nunc potius male vos et apostolis indigne habetis. Non debetis igitur eam ob rem erigere cristas.

VERS. 11. « In hanc usque horam et esurimus, et sitimus, et nudi sumus. » Quid, inquit, vetera recenseo? quæ in præsentia geruntur, vide : quomodo vos in mediis deliciis agitatis, nos autem omnino diversum patimur.

« Et colaphis cædimur. » Hoc est, verberamur. Istud autem ad inflatos dicit.

« Et instabiles sumus. » Hoc est, agitamur et ad fugam compellimur. Id vero ad opulentos pertinet.

VERS. 12. « Et laboramus, propriis manibus operantes. » Hæc dicit rubore suffundens eos, qui lucri quæstusque gratia conantur, audentque concionari.

« Dum maledicimur, benedicimus : dum persecutionem patimur, sustinemus ; dum blasphemamur, obsecramus. » Et quod majus est his omnibus, inquit, non ægro ferimus ista animo. Unde vero hoc patet? Inde sane, quod eos, qui nobis male faciunt, contrariis excipimus. Bene enim eis precamur, qui convicia in nos jactant, et eis, qui contumeliosius in nos feruntur (blasphemia enim est asperior injuria), illos, inquam, obsecramus, hoc est, mansuetioribus et mollioribus verbis occurrimus. Hæc enim est obsecratio, sermo mansuetificans. Propterea Christiani videntur stulti, quandoquidem hæc faciant.

145 **VERS. 13.** « Tanquam purgamenta mundi facti sumus, omnium peripsema hucusque. » Quid vero est : purgamentum? Sordes quæ spongia absterguntur. Cum enim quis sordidum quid abstergit, purgamenta dicuntur sordes illæ quæ absterguntur. Et « peripsema » idem significat. Nam περιψῆν est veluti spongia abstergere. Ait ergo, Nos abjectione sumus digni, ac veluti abominationi

« Ἡμεῖς μωροὶ διὰ Χριστόν· ὁμοίως δὲ φρονίμοι ἐν Χριστῷ. » Πάλιν καὶ τοῦτο ἐντροπικῶς εἴρηται. Ἐπειδὴ γὰρ ἐτύπτοντο μὲν οἱ ἀπόστολοι, καὶ κατεφρονούντο διὰ Χριστόν· ἐκεῖνοι δὲ ἐτιμῶντο καὶ σοφοὶ ἐνομίζοντο, καὶ ἐν Χριστῷ ταῦτα εἶναι ἐκόμπαζον· Πῶς, φησὶ, δυνατόν τὰ ἐναντία συνελθεῖν ἐν τοῖς τὰ αὐτὰ φρονούσιν; Οὐκοῦν ἀνάγκη ἢ ἡμᾶς μὴ κατὰ Χριστόν φρονεῖν, ἢ ὁμοίως. Ἀλλὰ μὴν ἀνάξιον τοὺς ἀποστόλους τοῦ Χριστοῦ μὴ κατὰ Χριστόν φρονεῖν· ὁμοίως ἄρα ἔστέ οἱ σφαλλόμενοι.

« Ἡμεῖς ἀσθενεῖς, ὁμοίως δὲ ἰσχυροὶ· ὁμοίως ἐνδοξοί, ἡμεῖς δὲ ἄτιμοι. » Τοῦτέστιν, Ἡμεῖς ἐλαυνόμεθα, διωκόμεθα· ὁμοίως δὲ ἀδείας ἀπολαύετε. Ἀσθενεῖαν γὰρ πανταχοῦ τοὺς πειρασμούς φησι. Καὶ ὁμοίως μὲν ἐνδοξοὶ καὶ εὐγενεῖς· ἡμεῖς δὲ ἐν ἀτιμίᾳ. Ταῦτα δὲ πάντα βαρυνόμενος λέγει. Ἔστι γὰρ ὁ νοῦς τοιοῦτος· Πῶς εἰδὼς ἡμᾶς μὲν κακοπαθεῖν, ὁμοίως δὲ ἀπολαύειν ἀδείας, καὶ ἐν ἀγαθοῖς εἶναι; Ὅστε πρόδηλον, ὅτι οὐκ ἐν ἀγαθοῖς ἔστε, ἀλλὰ νῦν μᾶλλον κακῶς καὶ ἀναξίως τῶν ἀποστόλων ἔχετε. Οὐκ ἄρα ὀφείλετε ἐπαῖρεσθαι ἐπὶ τοῦτοις.

« Ἄχρι τῆς ἄρτι ὥρας καὶ πεινώμεν, καὶ διψῶμεν, καὶ γυμνητεύομεν. » Τί, φησὶ, τὰ παλαιὰ λέγω; τὰ νῦν ἰδὲ· πῶς ὁμοίως μὲν τρυφᾶτε, ἡμεῖς δὲ πᾶν τούναντιον.

« Καὶ κολαφίζόμεθα. » Τοῦτέστι, τυπόμεθα. Τοῦτο δὲ πρὸς τοὺς πεφυσιωμένους.

« Καὶ ἀστατοῦμεν. » Τοῦτέστιν, ἐλαυνόμεθα, φεύγομεν. Τοῦτο δὲ πρὸς τοὺς πλουτοῦντας.

« Καὶ κοπιῶμεν, ἐργαζόμενοι ταῖς οἰκείαις χερσὶ. » Ταῦτα λέγει ἐντρέπων τοὺς ἕνεκα κέρους καὶ πορισμοῦ ἐπιχειροῦντας καὶ ἐπιτολμῶντας τὸ κηρύσσειν.

« Λοιδορούμενοι, εὐλογοῦμεν· διωκόμενοι, ἀνεχόμεθα· βλασφημούμενοι, παρακαλοῦμεν. » Καὶ τὸ μείζον πάντων, φησὶν, ὅτι οὐδὲ δυσχεραίνομεν ἐπὶ τοῦτοις. Καὶ πόθεν δῆλον; Ἀπὸ τοῦ καὶ τοὺς ποιοῦντας ἡμᾶς κακῶς τοῖς ἐναντίοις ἀμειβεσθαι. Εὐφημοῦμεν γὰρ τοὺς λοιδοροῦντας, καὶ τοὺς ὑβριστικώτερον δὲ προσφερομένους (τοῦτο γὰρ ἢ βλασφημία, ἢ τραχυτέρα ὑβρις), καὶ τούτους παρακαλοῦμεν, ἀντὶ τοῦ, πραοτέροις λόγοις καὶ μαλακτικοῖς ἀμειβόμεθα. Τοῦτο γὰρ ἢ παράκλησις, ἢ πραθυνοῦσα διδάξις. Διὰ τοῦτο οἱ Χριστιανοὶ δοκοῦσι μωροὶ, ὅτι ταῦτα ποιοῦσιν.

« Ὡς περικαθάρματα τοῦ κόσμου ἐγενήθημεν, πάντων περιψῆμα ἕως ἄρτι. » Τί ἐστὶ τὸ περικαθάρμα; Τὸ λεγόμενον ἀποσπόγγισμα. Ὅταν γὰρ ῥυπαρὸν τι ἀποσπογγίσῃ τις, περικαθάρμα λέγεται τὸ ἀποσπόγγισμα ἐκεῖνο. Καὶ τὸ περιψῆμα δὲ τὸ αὐτὸ δηλοῖ. Περιψῆν γὰρ λέγεται τὸ περισπογγίζειν. Φησὶν οὖν, ὅτι τοῦ ἀπορρίπτεσθαι ἔσμεν ἄξιοι, καὶ ὡς βδέλυγμα λογίζεσθαι, οὐχ ὁμῖν μόνοις, ἀλλὰ

Varie lectiones.

⁸³ εἴρηκεν ο. ⁸⁴ ἰδίαις ο. ⁸⁵ πῶς ο. ⁸⁶ ὅτι πάντα ποιοῦσι τὰ τοιαῦτα ο.

παντὶ τῷ κόσμῳ, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις· καὶ οὐχ ἓνα A
 κειρὸν, ἀλλ' ἕως ἄρτι. Ὅρα δὲ ὅποσον εἶναι δεῖ
 τὸν Χριστιανὸν, καὶ ὅτι ἀθλεῖν ὀφείλει ἀχρι-τέ-
 λους.

« Οὐκ ἐντρέπων ὑμᾶς ταῦτα γράφω, ἀλλ' ὡς τέ-
 κνα μου ἀγαπητά⁸⁷ νουθετῶν. » Οὐ κατασχύνων
 ὑμᾶς, φησὶν, οὐδὲ πονηρᾶ καὶ μισούση γνώμη ταῦτα
 λέγω, ἀλλ' ὡς τέκνα· καὶ οὐχ ἀπλῶς τέκνα, ἀλλὰ
 ἀγαπητά. Σύγγνωτέ μοι εἰ τι καὶ φορτικὸν εἰρη-
 ται· ἐξ ἀγάπης γὰρ ταῦτα γίνεται. Καὶ οὐκ εἶπευ,
 Ἐπιτιμῶ, ἀλλὰ, « Νουθετῶ⁸⁸ » Τίς δὲ οὐκ ἂν ἀνά-
 σχοιτο πατρὸς νουθετοῦντος ;

Ἐάν γὰρ μυρίους παιδαγωγούς ἔχητε ἐν Χριστῷ,
 ἀλλ' οὐ πολλοὺς πατέρας. » Τί οὖν, φησὶν⁸⁹ ; οἱ
 ἄλλοι οὐκ ἀγαπῶσιν ἡμᾶς ; Οὐχ οὕτω, φησὶν, ὡς B
 ἐγώ. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ παιδαγωγοί· ἐγὼ δὲ πατήρ.
 Ὅσπερ οὖν ἐπὶ τῶν παιδῶν, ὁ μὲν πατήρ εἷς, οἱ δὲ
 παιδαγωγοὶ τυχὸν πολλοί⁹⁰· πρὸς δὲ τὸ τοῦ ἐνὸς
 φίλτρον, τοῦ πατρὸς, φημί, πολλῶ λείπεται ἡ διά-
 θεσις αὐτῶν· οὕτω καὶ ἐφ' ἡμῶν, φησὶν. Ὅρα δὲ,
 πῶς καὶ τὸ, « Ἐν Χριστῷ, » προσέθηκεν ἐπὶ τῶν
 παιδαγωγῶν, ἵνα μὴ πάντῃ κλήξῃ αὐτοῦ· ἀλλὰ καὶ
 τὸ ἐπιπυνώτερον μὲν ἔκειναι δέδωκε (τοιοῦτον γὰρ
 ὁ παιδαγωγός), τὴν δὲ τῆς ἀγάπης ὑπερβολὴν ἐαυ-
 τῷ ἐταμιεύσατο.

« Ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ διὰ τοῦ Εὐαγγελίου
 ἐγὼ ὑμᾶς ἐγέννησα. » Κατασκευάζων, πῶς πατήρ
 ἐστὶ, φησὶν, ὅτι Ἐν τῇ τοῦ Χριστοῦ βοηθείᾳ ἐγὼ
 ὑμᾶς ἐγέννησα διὰ τοῦ Εὐαγγελίου. Οὐ γὰρ, ὡσπερ C
 οἱ πολλοὶ παρ' ὑμῖν, ἐμαυτῷ λογίζομαι τὸ πρᾶγμα,
 ἀλλὰ τῷ Χριστῷ. Οὐκ εἶπε δὲ, Ἐδίδαξα, ἀλλὰ,
 « Ἐγέννησα, » τῷ τῆς φύσεως ὀνόματι τὴν ἀγάπην
 ἐπιδεικνύων, καὶ ὅτι οικειότατος καὶ γνησιώτατος αὐ-
 τοῦ μαθηταὶ οὗτοί εἰσιν, ὡς πανταχοῦ τῆς Ἐπι-
 στολῆς δηλοῖ.

« Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς, μιμηταὶ μου γίνεσθε. »
 Μιμήσασθε, φησὶν, ἐν πᾶσιν ἐμᾶ, μήτε ἐπὶ σοφίᾳ,
 μήτε ἐπὶ πλούτῳ ἐπαιρόμενοι, μήτε πρὸς τοὺς
 ἀδελφούς διιστάμενοι· ἀλλὰ καὶ σοφίαν καὶ πλοῦτον,
 τὴν πρὸς Χριστὸν καὶ ἀδελφούς ἀγάπην εἰδότες.
 Ὅρα δὲ σπλάγγνα, πῶς παρακαλεῖ, οὐκ ἐπιτάσσει.
 Μεγάλῃ δὲ παρρησίας καὶ τὸ ἑαυτὸν ἀρχέτυπον
 προτιθένα.

« Διὰ τοῦτο ἔπεμψα ὑμῖν Τιμόθεον, ὃς ἐστὶ τέ-
 κνον μου ἀγαπητόν. » Διότι, φησὶ, κήδομαι ὑμῶν ὡς
 παιδῶν, ἔπεμψα ὑμῖν Τιμόθεον. Αὐτὸς μὲν γὰρ
 ἰδουλόμην ἔλαβεῖν, ὡς ἂν καταρτίσω ὑμᾶς· ἐπειδὴ
 δὲ οὐ δυνατόν, ἔπεμψα τοῦτον, ὃς ἐστὶ τέκνον μου
 ἀγαπητόν. Τοῦτο δὲ εἶπεν, ἵνα ἅμα μὲν δεῖξῃ πόσον
 αὐτοὺς ἀγαπᾷ, εἰ γὰρ εἴλετο αὐτοῦ χωρισθῆναι δι'
 ζήτους· ἅμα δὲ, ἵνα καὶ αἰδέσιμος αὐτοῖς γέ-
 νηται.

Variæ lectiones.

⁸⁷ ποθοῦμενα ο. ⁸⁸ ἴσ. νουθετῶν ο. ⁸⁹ φησὶν m. ⁹⁰ πολλοὶ μὲν m.

habendi, non solum vobis, veram etiam toti mundo
 et cunctis mortalibus: nec uno duntaxat tempore;
 sed ad hanc usque horam. Observa hic qualem esse
 oporteat Christianum, quodque ad finem usque
 certare debeat.

Vers. 14. « Non ut vos pudefaciam, hæc scribo;
 sed ut filios meos clarissimos moneo. » Non pude-
 faciens « vos » inquit, neque prava et invida mente
 hoc dico, cæterum « ut filios: » nec simpliciter
 filios, sed dilectos. Ignoscite mihi si quid molestum
 a me dictum sit. Hæc enim ex amore sunt. Et non
 dixit, increpo, sed, « Moneo. » Quis vero admo-
 nentem patrem non sustineat ?

Vers. 15. « Nam si decem millia pædagogorum
 habeatis in Christo, sed non multos patres. » Quid
 igitur, inquirunt ? non diligunt nos alii ? Non eam,
 inquit, ad rationem qua ego. Illi namque pædagogi
 sunt, ego vero pater. Quemadmodum igitur in pueris
 fieri solet, ut sit pater unus, pædagogi vero multi
 fortasse: ad unius autem amorem, patris nimirum,
 si conferantur, multum distat eorum affectio: sic
 et nobiscum sit. Animadvertite hic quomodo, « In
 Christo, » apposuerit ad « pædagogorum, ne eos
 omnino percellat: Verum quod plus laboris habet,
 eis attribuit (id enim est pædagogum esse) chari-
 tatis autem excessum sibi ipsi conservavit.

« In Christo enim Jesu per Evangelium vos genui. »
 Confirmans quomodo pater sit, Christi, inquit, opo
 « vos genui per Evangelium. » Non enim
 mihiipsi, ut plerique inter vos, ascribo imputove
 rem, sed Christo. Non dixit autem, docui, sed,
 « Genui: » naturæ videlicet nomine dilectionem
 ostendens, quodque proprii valde, maximeque genui
 isti discipuli sui sint, ut ubique in Epistola
 manifestat.

Vers. 16. « Adhortor itaque vos, imitatores mei
 estote. » Imitamini, inquit, me in omnibus: nec
 sapientiæ, nec divitiarum nomine efframini, neque
 cum fratribus dissideatis: verum eas tantum opes,
 eam esse veram sapientiam noveritis, charitatem
 nimirum erga Christum et fratres. Observa autem
 dilectionis affectum: adhortatur enim, non im-
 perat. Magnæ autem fiducia argumentum est,
 D quod sese exemplar, quod imitentur, propo-
 nat.

Vers. 17. « Ideo misi vobis Timotheum, qui est
 filius meus dilectus. » Quoniam vestri, 146 in-
 quit, curam gero, non secus ac filiorum, misi vobis
 Timotheum. Ipse quidem venire volui, ut vos com-
 ponerem: quia vero istuc fieri haud potuit, misi
 istum, qui est filius meus dilectus. Hoc autem
 dixit, partim ut monstret quanta eos charitate pro-
 sequatur, siquidem a Timotheo segregari sustinuerit
 propter ipsos: partim ut et veneratione dignus eis
 reddatur.

« Et fidelis in Domino. » Hoc est, non in rebus temporariis, sed in iis quæ ad Christum pertinent. Itaque et in iis quæ ad vos pertinent, fideliter ministrabit.

« Qui vobis ad memoriam revocabit vias meas quæ sunt in Christo, quemadmodum ubique in omni Ecclesia doceo. » Non dixit, docebit, ne ægre ferant (Juvencus enim erat Timotheus) sed, « Ad memoriam revocabit: » quæ jam antea novistis, inquit, hæc renovabit in vobis. Vias autem dicit, prædicationis verbi dispensationem, regulas, consuetudines, leges divinas; qua scilicet ratione obambulem, quod non inflatus ut vos, neque hæreses inducens et schismata. Quæ sunt in Christo dixit, hoc est, nihil humani habentes, sed omnia secundum Christum, vel quæ Christi auxilio perficiuntur. Submonstrabit autem vobis, quomodo in omni Ecclesia doceam. Nihil enim novi dixi vobis, sed istorum omnes necum sunt consocii. Itaque pudeat vos quod præter cæteras Ecclesias a viis meis descivistis.

VERS. 18. « Tanquam non venturus sim ad vos, sic inflati sunt quidam. » Cum dixisset, « Misi vobis Timotheum: » ne segiores redderentur, subdit: Etiamsi nunc non veniam, ac idcirco non nullos absentia mea inflarit, veniam tamen. Indicat autem puerilem eorum mentem. Nam pueri, absente præceptore, incomposite se gerere solent. Quinam autem illi, qui inflati erant? Fornicatoris amici, qui et sapiens et dives erat: ac simpliciter omnes, qui ob huiusmodi efferebantur: qui, tanquam Paulus non esset qui ista argueret, superbelebant.

VERS. 19. « Veniam autem ad vos cito, si Dominus voluerit. » Hæc deicientis superbos, adeoque sobrios reddentis verba sunt. Pulchre vero, « Si Dominus voluerit. » Omnia namque illius nutu aguntur.

VERS. 19, 20. « Et cognoscam, non sermonem eorum, qui inflati sunt, sed virtutem. Non enim in sermone est regnum Dei, sed in virtute. » Quia eloquentiæ confidentes, Paulum ceu idiotam et indoctum aspernabantur: Videbo, inquit, non eloquentiam vestram (nam ea non est opus) sed virtutem qua signa edantur. Non enim per orationis elegantiam prædicatum et confirmatum est regnum Dei, 147 sed per signa quæ Spiritus virtute ac potentia eduntur.

VERS. 21. « Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate, et spiritu mansuetudinis? » Per virgam supplicium et pœnam intelligit. Ait itaque, Penes vos est, ut ego hoc vel illo modo veniam. Nam si desides fueritis deprehensi, veniam ad vos, et æque puniam atque Elymam. Sin sobrii fueritis, mansuetudinis spiritu utar. Est etenim et spiritus austeritatis et supplicii, verum a commodiore officio

« Καὶ πιστὸν ἐν Κυρίῳ. » Τουτέστιν, οὐκ ἐν βωμικοῖς, ἀλλ' ἐν τοῖς κατὰ Χριστὸν πράγμασιν. Ὡς καὶ ἐν τοῖς καθ' ὑμᾶς διακονήσει πιστῶς.

« Ὅς ὑμᾶς ἀναμνήσει τὰς ἑδούς μου τὰς ἐν Χριστῷ, καθὼς πανταχοῦ ἐν πάσῃ Ἐκκλησίᾳ διδάσκω. » Οὐκ εἶπε, Διδάξει, ἵνα μὴ δυσχεραίνωσι (νέοι γὰρ ἦν ὁ Τιμόθεος); ἀλλ', « Ἀναμνήσει. » Ἄ οἴδατε, φησὶ, ταῦτα ἀνανεώσεται ἐν ὑμῖν. Ὅθους δὲ λέγει, τὰς ἐν τῷ κηρύγματι οἰκονομίας, τοὺς κανόνας, τὰ ἔθη, τοὺς νόμους τοὺς θεοῦ. Ἦως περιπατῶ, ὅτι οὐ πεφυσιωμένος ὡς ὑμεῖς, οὐ διαιρέσεις εἰσάγων καὶ σχίσματα. Τὰς ἐν Χριστῷ δὲ εἶπε, τουτέστι, τὰς μὴδὲν ἔχουσας ἀνθρώπινον, ἀλλὰ πάντα κατὰ Χριστὸν, ἢ καὶ κατορθουμένας ἐν τῇ τοῦ Χριστοῦ βοήθειᾳ. Ὑποδείξει δὲ ὑμῖν, καθὼς ἐν πάσῃ Ἐκκλησίᾳ διδάσκω. Οὐδὲν γὰρ καινὸν εἶπον ὑμῖν, ἀλλὰ πάντες ταῦτά μοι συνίσασιν. Ὡστε αἰσχύνθητε ὑμεῖς, παρὰ τὰς λοιπὰς Ἐκκλησίας τῶν ἡμῶν [f. ἔμ.] ἰδῶν ἀποσφαλέντες.

« Ὅς μὴ ἐρχομένου δέ μου πρὸς ὑμᾶς, ἐφυσίθησάν τινες. » Ἐπειδὴ εἶπεν, ὅτι « Ἐπεμψα Τιμόθεον » ἵνα μὴ βραθυμότεροι γένωνται, φησὶν, ὅτι εἰ καὶ νῦν οὐκ ἐρχομαι ¹¹, καὶ διὰ τοῦτο ἡ ἀπουσία μου ἐφυσίωσέ τινας ¹², ἀλλ' οὖν ἐλεύσομαι. Δείκνυσι δὲ αὐτῶν παιδικὴν τὴν διάνοιαν. Παίδων γὰρ τὸ ἀπόντος τοῦ διδασκάλου, ἀτακτεῖν. Τίνες δὲ ἦσαν οἱ φυσιούμενοι; Οἱ περὶ τὴν πεπορευομένην, δ; καὶ σοφὸς ἦν καὶ πλούσιος· καὶ ἀπλῶ; πάντες οἱ ἐπὶ τοῖς τοιοῦτοις ἐπαίρομενοι: οἱ καὶ, ὡς μὴ ἦτο; Παύλου τοῦ ἐλέγχοντος, μέγα ἐφρόνου.

Ἐλεύσομαι δὲ ταχέως πρὸς ὑμᾶς, ἐάν ὁ Κύριος θελήσῃ. Καταστέλλοντός ἐστι τὸ ῥῆμα τοῦτο, καὶ νήφειν παρασκευάζοντος. Καλῶς δὲ προσέθηκε τὸ, « Ἐάν ὁ Κύριος θελήσῃ. » Πάντα γὰρ τῷ ἐκείνου νουμάτι ¹³ ἄγονται.

« Καὶ γνώσομαι οὐ τὸν λόγον τῶν πεφυσιωμένων, ἀλλὰ τὴν δύναμιν. Οὐ γὰρ ἐν λόγῳ ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ¹⁴, ἀλλ' ἐν δυνάμει. » Ἐπειδὴ ἐπ' εὐγλωττίᾳ θαρροῦντες ¹⁵ ἐξουθενοῦν τὸν Παῦλον ὡς ἰδιώτην, φησὶν, ὅτι Ὑψομαι, οὐ τὴν εὐγλωττίαν ὑμῶν οὐδὲ γὰρ ταύτης χρεῖα· ἀλλὰ δυνάμειος τῆς ¹⁶ ἐν σημείοις. Οὐ γὰρ διὰ λόγου κομφοῦ ἐκηρύχθη ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ¹⁷ καὶ ἐθεβαιώθη, ἀλλὰ διὰ σημείων, τῇ δυνάμει τοῦ Πνεύματος γινομένων.

« Τί θέλετε; ἐν βλάβῃ πρὸς ὑμᾶς ἔλθω, ἢ ἐν ἀγάπῃ, πνεύματι τε πραότητος; » Βλάβδον λέγει τὴν κόλασιν, τὴν τιμωρίαν. Φησὶν οὖν, ὅτι Ὑμεῖς ἐστε κύριοι τοῦ καὶ οὕτως ἢ οὕτως ἔλθεῖν με· ἐάν μὲν βραθυμῆτε, ἐλεύσομαι καὶ κολάσω, ὡς τὸν Ἐλύμαν· ἐάν δὲ νήψητε, τῷ πνεύματι τῆς πραότητος χηρσομαι. Ἐνὶ γὰρ καὶ πνεῦμα αὐστηρότητος καὶ τιμωρίας, ἀλλ' ἀπὸ τῶν χρηστοτέρων αὐτὸ καλεῖ· ὡς

Variæ lectiones.

¹¹ ἐρχομαι m. ¹² ὑμᾶς m. ¹³ θελήματι o. ¹⁴ τῶν οὐρανῶν o. ¹⁵ φρονοῦντες o. ¹⁶ ἴσ. δύναμιν τῆς ο. ¹⁷ τῶν οὐρανῶν o.

καὶ τὸν Θεὸν οἰκτιρμονα καὶ ἐλεημονά φαμεν, ἀλλ' Α eum nominat : perinde ac Deum misericordem et misericordem dicimus, non vindicem, scelerumque punitorem ac ultorem, cum tamen etiam talis revera sit.

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

VERS. 3. « Quod si etiam opertum est Evangelium nostrum, in iis qui pereunt est opertum. » Cum supra dixisset, Etiam si Israelitis velamen appositum est, attamen nos fideles aperta facie videmus, nunc ait, Si opertum est Evangelium, infidelibus est opertum. Quod enim tum Judæis respectu Mosis contingebat, idem nunc infidelibus, respectu Evangelii. Illorum autem culpa est, non Evangelii : nam si credidissent, etiam ipsi aperte palam conspexissent gloriam Dei.

VERS. 4. « In quibus Deus sæculi hujus excæcavit mentes infidelium, ne fulgeat illis illuminatio Evangelii gloriæ Christi. » Inter eos, inquit, qui pereunt, qui multi sunt et varii, sunt etiam incre-

Varie lectiones.

⁶⁶ ἀπίστοις ο.

duli. Horum igitur et mentes excæcavit Deus sæculi A hujus. » Hic prodeunt Marcionistæ, asseverantes de Creatore hæc esse dicta, quem justum dicunt et bonum : Manichæi vero de diabolo, quem et mundi hujus conditorem asserunt. At vero neutrum horum dicendum est, cæterum de 263 Deo nostro hoc dictum est. At si sæculi hujus Deus esse perhibeatur, nihil novum est, cum et Deus cæli dicatur : nec hujus tantum Deus est. Item Deus Abrahami et Isaac et Jacob dicitur : non tamen illorum tantum Deus est, sed etiam omnium. Quid igitur novi est, si Paulus opportune jam nunc ipsum Deum hujus sæculi appellat, quo magis ostendat incredulis, quod etiam ea quæ videntur, ipse considerit, ex quibus ipsi voluptatem capientes ipsum conditorem nihil faciunt? Quin et ad hunc etiam modum hic locus est legendus : Infidelium hujus sæculi mentes excæcavit, futurum enim sæculum infideles non habet. Quid vero est « Excæcavit? » Hoc est, permisit eis cæcis esse, quemadmodum et illud, « Tradidit eos Deus in affectus ignominie ». Posteaquam enim resillierunt ab eo, dimisit eos, reliquit eos; non enim cogit ad salutem. Observa autem quod non dixerit, Excæcavit ut non credant, sed, ut profani oculi non videant splendorem gloriæ Christi. Splendor autem est, credere quod crucifixus sit, quod in cælum receptus sit, et quod futura nobis daturus sit. Quemadmodum si quis ophthalmia laborantem excludat, ut solis radios non videat, ne iis offendatur : hanc ad rationem et illi increduli facti sunt a : cipsis : postquam vero talis facti erant, exclusit Deus radios gloriæ Evangelii, æque atque Israelitis Moisis faciem obvelavit. Sic et nobis in mandatis dedit, ne projiciamus margaritas nostras ad porcos P. Bene autem dixit, « Fulgeat; » mediocrem enim nunc habemus splendorem, non totam illuminationem; id quod supra odorem et arrhabonem dixit, ostendens quod illic quiddam amplius restat.

« Qui est imago Dei invisibilis. » Monstrat hic quod non solum Christi gloriam ignorent, verum etiam Patris. Cum enim Christus sit imago Patris, qui hunc non videt, neque illum novit.

VERS. 5. « Non enim nosipsos prædicamus, sed Christum Jesum Dominum : nos autem servos vestros, propter Christum. » Supra dixit, Non ambulamus in astutia, deinde adjecit de infidelibus, quomodo sint contacti. Ait igitur nunc, Propterea fraudulenter non agimus, quia nosipsos haud prædicamus, vanorum apostolorum instar. Nam illi persuadebant discipulis suis ut a se sibi nomina inderent, ut in priore Epistola indicavit, aliis dicentibus, « Ego quidem sum Apollo, ego vero Cephas »; aut, ne vos existimetis, qui adversum nos pugnavit, quod nobiscum bellum geritis. « Non

καὶ διαφόροις, εἰσὶ καὶ οἱ ἀπίστοι· τούτων οὖν ἐτὰ νοήματα ἐτύφλωσεν ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου. » Ἐνταῦθα μὲν οἱ Μαρκωνιστὰὶ λέγουσι περὶ τοῦ Δημιουργοῦ ταῦτα εἰρησθαι, ὃν δίκαιον λέγουσι καὶ ἀγαθόν· οἱ δὲ Μανιχαῖοι περὶ τοῦ διαβόλου, ὃν καὶ δημιουργὸν τοῦδε τοῦ κόσμου φασί. Πλὴν οὐδέτερον ἔστι τούτων, ἀλλὰ περὶ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν εἴρηται τοῦτο. Εἰ δὲ τούτου τοῦ αἰῶνος Θεὸς εἴρηται, οὐδὲν καινὸν, ἐπειδὴ καὶ Θεὸς οὐρανοῦ λέγεται· καὶ οὐκ ἔστι τούτου μόνου Θεός· καὶ Θεὸς Ἀβραάμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ· καὶ οὐκ ἔκεινον μόνων, ἀλλὰ καὶ πάντων. Τί οὖν καινὸν, εἰ καὶ νῦν ὁ Παῦλος εὐκαίρως ὠνόμασεν αὐτὸν Θεὸν τούτου τοῦ αἰῶνος, ἵνα μᾶλλον δείξῃ τοῖς ἀπίστοις, ὅτι καὶ ταῦτα ἐτὰ ὀρώμενα αὐτὸς ἐποίησεν, οἷς ἐντροφῶντες, αὐτὸν ἀθετοῦσι; Καὶ οὕτω δὲ ἀναγνωστῆον, ὅτι τῶν ἀπίστων τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλωσε τὰ νοήματα· ὁ γὰρ μέλλων, ἀπίστους οὐκ ἔχει. Τί δὲ ἔστι τὸ, « Ἐτύφλωσε; » τούτέστι, συνεχώρησε τυφλοὺς εἶναι· ὡς περὶ καὶ τὸ, « Παρέδωκεν αὐτοὺς εἰς πάθη ἀτιμίας. » Ἐπειδὴ γὰρ ἀπεπίδησαν αὐτοῦ, ἔλασεν αὐτοὺς, ἐγκατέλειψεν· οὐ γὰρ βιάζεται πρὸς τὴν σωτηρίαν. Ὅρα δὲ, ὅτι οὐκ εἶπεν, ὅτι ἐτύφλωσε πρὸς τὸ ἀπιστῆσαι, ἀλλὰ πρὸς τὸ μὴ ἰδεῖν τοὺς βεβήλους ὀφθαλμοὺς τὸν φωτισμὸν τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ. Φωτισμὸς δὲ ἔστι τὸ πιστεῦσαι ὅτι ἐσταυρώθη, ὅτι ἀνελήφθη, ὅτι τὰ μέλλοντα δώσει. Ὅσπερ εἰ τις ὀφθαλμίωντά τινα ἀποκλείσει τοῦ μὴ τὰς ἀκτίνας τοῦ ἡλίου ἰδεῖν, ἵνα μὴ καὶ προσβλασθῇ· οὕτω τοῖνον καὶ οὗτοι ἀπίστοι μὲν ἐγένοντο ἀφ' ἑαυτῶν· γενομένοις δὲ τοιοῦτοις ἀπέκλεισεν ὁ Θεὸς τὰς ἀκτίνας τῆς δόξης τοῦ Εὐαγγελίου, ὡς καὶ τοῖς Ἰσραηλίταις τὸ πρόσωπον Μωσέως. Οὕτω καὶ ἡμῖν ἐπέταξε μὴ βάλλειν τοὺς μαργαρίτας ἐμπροσθεν τῶν χοίρων. Καλῶς δὲ εἶπε τὸ, « Λυγᾶσαι· » Λυγὴν γὰρ ἔχομεν νῦν μετρίαν, καὶ οὐ τὸν ἕλον φωτισμὸν· ὁ καὶ ἐμπροσθεν εἶπεν ὁσμήν καὶ ἀρραβῶνα, δεικνύς ὅτι τὸ πλεόν ἐκατ' ἐμένει.

« Ὅς ἔστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου. » Δεικνυσὶν ἐνταῦθα, ὅτι οὐ μόνον τὴν τοῦ Χριστοῦ δόξαν ἀγνοοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τὴν τοῦ Πατρὸς. Ἐπεὶ γὰρ εἰκὼν ἔστι τοῦ Πατρὸς ὁ Χριστὸς, ὁ τούτου μὴ ὄρων, οὐδὲ ἐκείνον οἶδεν.

« Οὐ γὰρ ἑαυτοὺς κηρύσσομεν, ἀλλὰ Χριστὸν Ἰησοῦν Κύριον· ἑαυτοὺς δὲ δούλους ὑμῶν διὰ Χριστόν. » Ἄνω εἶπεν, ὅτι Οὐ περιπατοῦμεν ἐν πανουργίᾳ· εἶτα παρενέβηλε τὰ περὶ τῶν ἀπίστων, πῶς εἰσι κεκαλυμμένοι. Φησὶν οὖν νῦν, ὅτι διὰ τοῦτο οὐ πανουργεῖσθε, διότι οὐκ ἑαυτοὺς κηρύσσομεν, ὡς οἱ ψευδαπόστολοι. Ἐκεῖνοι γὰρ ἔπειθον τοὺς μαθητὰς ἀπ' αὐτῶν ὀνομάζεσθαι, ὡς καὶ ἐν τῇ προτέρῃ ἐδήλωσεν· « Ἐγὼ μὲν εἰμι Ἀπολλῶ, ἐγὼ δὲ Κηφᾶ. » Ἡ, ὅτι Μὴ νομιζήτε [f.— ζετα] οἱ πολεμοῦντές ἡμῖν, ὅτι ἡμῖν πολεμεῖτε. « Μὴ γὰρ ἑαυτοὺς κηρύσσομεν,

• Rom. 1, 28. P Matth. vii, 6. q 1 Cor. 1, 12.

Variæ lectiones.

α' ἀπεδήμησαν ἡμῖν. β' ἀποπηδῆσαν ἡμῖν.

ἀλλὰ Χριστόν. » Ἐκείνῳ οὖν πολεμεῖτε τῷ κηρυσσομένῳ. Ἡμεῖς γὰρ τοσοῦτον οὐ κηρυσσομεν ἑαυτοὺς, ὥστε καὶ οὐ παραιτούμεθα δοῦλοι ὑμῶν εἶναι διὰ τὸν Χριστόν· τουτέστι, Διότι ἐκείνος οὕτως ἡμᾶς ἠγάπησε, καὶ πάντα ὑπὲρ ἡμῶν ἔπραξεν.

« Ὅτι ὁ Θεὸς ὁ εἰπὼν, ἐκ σκότους φῶς λάμψαι, ἔξ ἑλαμψεν ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, πρὸς φωτισμὸν τῆς γνώσεως τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ ἐν προσώπῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Διὰ τί, φησίν, οὐχ ἑαυτοὺς κηρύττομεν; Διότι ὁ Θεὸς ἑλαμψεν ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, καὶ ὡσπερ εἰς τὸ πρόσωπον τοῦ Μωσέως πάσαι, οὕτω νῦν εἰς ἡμᾶς. Οὐχ ὡσπερ δὲ ἐπὶ τῆς πρώτης κτίσεως, εἶπε, καὶ ἐγένετο φῶς ἐκ σκότους, οὕτω, καὶ νῦν εἶπε, καὶ ἐγένετο φῶς· ἀλλ' αὐτὸς ἡμῖν γέγονε φῶς. Αὐτὸς γὰρ ἑλαμψεν ἡμῖν ἐν προσώπῳ Χριστοῦ, τουτέστι, διὰ τοῦ Χριστοῦ. Διὰ γὰρ τοῦ Χριστοῦ λάμπει ἐν ἡμῖν ὁ Πατήρ, καὶ χαρίζεται « τὸν φωτισμὸν τῆς γνώσεως, » οὐ τῆς οὐσίας αὐτοῦ, ἀλλὰ « τῆς δόξης. » Ὅρα δὲ τῆς Τριᾶδος· τὴν θεολογίαν παρὰ τῷ Παύλῳ καὶ νῦν· περὶ μὲν τοῦ Πνεύματος, « τὴν δόξαν τοῦ Κυρίου κατοπεριζόμεθα· » ὁ δὲ Κύριος τὸ Πνεῦμά ἐστι· περὶ δὲ τοῦ Υἱοῦ, τὸν φωτισμὸν τῆς δόξης τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ· περὶ δὲ τοῦ Πατρὸς νῦν, « τὸν φωτισμὸν τῆς γνώσεως τῆς δόξης » αὐτοῦ.

« Ἐχομεν δὲ τὸν θησαυρὸν τοῦτον ἐν δοτρακίνοις σκεύουσιν. » Ἐπειδὴ πολλὰ καὶ μεγάλα εἶπε περὶ τῆς ἀπορήτου δόξης, ἵνα μὴ τις εἴπῃ· Καὶ πῶς μένομεν ἐν θνητῷ σώματι οἱ τοιαῦτα, ὡς λέγεις, λαβόντες; φησίν, ὅτι καὶ τοῦτο αὐτὸ τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως, ὅτι δοτρακίνοιον σκεῦος τοιοῦτους θησαυροὺς χωρεῖ.

« Ἴνα ἡ ὑπερβολὴ τῆς δυνάμεως ἦ τοῦ Θεοῦ, καὶ μὴ ἐξ ἡμῶν. » Ἴνα, φησίν, ἡ ὑπερβολὴ τῆς φαινομένης ἐν ἡμῖν δυνάμεως τοῦ Θεοῦ ἦ, καὶ μὴ ἡμεῖς νομιζόμεθα κατορθοῦν ἐξ ἑαυτῶν τι, ἀλλὰ πάντες οἱ ὀρθῶντες τοῦ Θεοῦ λέγωσιν εἶναι τὸ πᾶν. Αἰνέταται δὲ τοὺς ψευδαποστόλους, ὅτι ἑαυτοῖς τὸ πᾶν ἐπέγραφον.

« Ἐν παντὶ θλιβόμενοι, ἀλλ' οὐ στενοχωρούμενοι. » Καὶ τοσοῦτον, φησίν, ἐστι τὸ πᾶν τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως, ὥστε καὶ οἱ δοτρακίνοι ὄντες, καὶ τοσοῦτοις περικρουόμενοι πειρασμοῖς, οὐ θραυόμεθα καὶ ἀπόλλυμεν τὸν ἐν ἡμῖν θησαυρὸν. Θλιβόμεθα γὰρ ἐν παντὶ καιρῷ, καὶ τόπῳ, καὶ πράγματι, ἐν φίλοις, ἐν ἐχθροῖς· ἀλλ' οὐ στενοχωρούμεθα, τοῦ Θεοῦ πλατύνοντος τὰς καρδίας ἡμῶν.

« Ἀπορούμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενοι. » Τουτέστι, εἰς ἀπορίας καὶ ἀμηχανίας ἐμπιπτοντες· πλὴν ἀλλ' ὀρθοὶ ἰστάμενοι καὶ οὐκ ἀπογινώσκοντες καὶ ἠτῶμενοι, ἀλλὰ πόρους ἐν Θεῷ εὐρίσκοντες καὶ νικῶντες.

« Διωκόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐγκαταλείπομενοι. » Διωκουσιν ἡμᾶς οἱ ἄνθρωποι, ἀλλ' ὁ Θεὸς οὐκ ἐγκαταλείπει. Πρὸς γυμνασίαν γὰρ ἡμῶν, οὐ πρὸς ἤτταν, συγχωροῦνται ταῦτα.

A enim nos ipsos prædicamus, sed Christum. » Adversus eum itaque dimicatis, qui prædicatur. Nos enim adeo non prædicamus nos ipsos, ut non detrectemus servi vestri esse propter Christum, hoc est, Eo quod ille sic nos dilexit, et omnia nostri causa egit.

264 Vers. 6. « Quoniam Deus, qui dixit de tenebris lucem splendescere, qui illuxit in cordibus nostris ad illuminationem cognitionis gloriæ Dei, in facie Jesu Christi. » Quare, inquit, nos ipsos non prædicamus? Quia Deus illuxit in cordibus nostris, et perinde ac faciei Moysis quondam, sic nobis nunc refulsit. Porro non quemadmodum in prima creatione, dixit, et facta est lux e tenebris, sic nunc dixit, et facta est lux: sed ipse nobis effectus est lumen. Siquidem is illuxit nobis in facie Christi, hoc est, per Christum. Per Christum enim lucet in nobis Pater, datque « illuminationem cognitionis, » non substantiæ suæ, sed « gloriæ. » Animadvertite autem Trinitatis mysterium apud Paulum hoc etiam in loco. De Spiritu namque dicit, « Gloriam Domini speculamur: » Dominus enim Spiritus est; de Filio autem, illuminationem gloriæ Evangelii Christi; de Patre autem nunc, « illuminationem cognitionis gloriæ » ipsius.

Vers. 7. « Habemus autem thesaurum istum in vasibus fictilibus. » Postquam multa et præclara de ineffabili gloria locutus esset, ne quis dicat, Quomodo ergo manemus in mortali corpore, si talia, ut dicis, acceperimus? Hoc ipsum, inquit, Dei potentiam tribuendum est, quod vas testaceum hujusmodi thesauros capit.

« Ut excellentia potentiam sit Dei, et non ex nobis. » Ut excellentia, inquit, potentiam quæ in nobis apparet, Dei sit, neve existimemur nos a nobis ipsis aliquid egisse, verum omnes qui vident, Dei dicant hoc totum esse. Notat autem pseudapostolos, quoniam sibi ipsi universum ascribebant.

Vers. 8. « In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur. » Adeo, inquit, totum est potentiam Dei, ut quamvis testacei simus, tantis tamque variis tentationibus impulsus, non frangamur, neque perdamus thesaurum qui in nobis est. Affligimur enim in omni tempore, et loco, et re, inter amicos, inter hostes: sed ad angustias non cogimur, Deo corda nostra dilatante.

« Aporiamur, sed non destituimur. » Hoc est, in summam rerum penuriam et difficultatem incidentes, verumtamen recti consistentes, in desperationem non devolvimur, neque vincimur: cæterum in Deo exitum invenimus, atque vincimus.

Vers. 9. « Persecutionem patimur, sed non derelinquimur. » Persequuntur quidem nos homines, verum Deus nos non deserit. Ad exercitium enim nostrum, non ut succumbamus hæc permittuntur.

terrestre corpus, tum innumera nobis bona germinabunt. Simul autem et de resurrectione ipsis rursus disserit, etiamsi non adeo perspicue ac in priore, ne ipse nondum reformatos existimare videatur. Terrestrem autem domum tabernaculi corpus nominavit. Porro dum tabernaculum vocat, temporariam corruptibilemque ejus naturam significat: tabernaculum enim tale quiddam est. Etiamsi autem sæpenuero tabernacula vocetur justorum quies, verum istuc cum appendice dicitur, nempe tabernacula æterna. Animadvertite autem quomodo terrestri cæleste et tabernaculo æternum opposuit. Exaggerans autem encomium futuræ gloriæ corporis nostri, addidit etiam, « Non manufactam; » non ut opponeret corpori huic: hoc enim non est manufactum. Nonnulli autem domum manufactam, pro vita quam in terris degimus, acceperunt: tabernaculum autem, corpus ipsam: ut sit quod dicitur, hujusmodi: Si dissoluta fuerit, quæ in terra est, vita corporis nostri, quæ et manufacta dici possit, tanquam a manibus composita (panis enim et vinum et similia, ex quibus vita nostra constat, manibus conficiuntur): habebimus aliam vitam in cælis incorruptibilem et non manufactam, hoc tione

Vers. 2. « Nam in hoc ingemiscimus, habitationem nostram, quæ de cælo est, superindui cupientes. » Qualem habitationem? Corpus incorruptibile. Ex cælo autem ipsum dicit, non quod descendat a supernis, sed quod incorruptibilitatis gratiam inde demissam habet. Adeo igitur non est opus ut quisquam turbetur ob tentationes corporis quadam ex parte contingentes, ut e diverso potius ingemiscere debeamus, quod non universum corruptibile corpus exuamus, ut incorruptibile hoc superinduamus. Propterea non tabernaculum ipsum nominavit, sed, habitationem, veluti permanentiorem.

Vers. 3. « Si tamen vestiti, non nudi inveniamur. » Ne confundant omnes incorruptibilitati corporis. « Si modo, » inquit, « indui incorruptione, » et corpus incorruptibile accipientes, « non nudi inveniamur » a gloria et securitate, tanquam peccati deformitatem habentes. Resurrectio namque communis est, honos non item.

Vers. 4. « Nam et qui sumus in tabernaculo hoc, ingemiscimus, quatenus volumus exspoliari, sed supervesiri, ut absorbeatur quod mortale est a vita. » Quia molestum videbatur quod dixit, Ingemiscimus desiderantes liberari a corpore: ineffabilis enim est animæ ad corpus affectio: Non propterea, inquit, ingemiscimus, ut simpliciter a corpore liberemur, verum quia superinduere incorruptibilitatem expellimus, adeo ut non hoc quidem exuere volumus, verum a corruptione liberari, ut a vita corruptio insumatur, non corpus.

A ἡμῖν βλαστῆσαι ἀγαθά· ἅμα δὲ καὶ περὶ ἀναστάσεως αὐτοῖ, διαλέγεται πάλιν, εἰ καὶ ¹² μὴ ἀριθμήσας ὡς ἐν τῇ προτέρῃ· ἵνα μὴ δόξῃ ἔτι ἀδιωρθώτως αὐτοὺς νομίζειν. Ἐπίγειον δὲ οἰκίαν σκηνούς, τὸ σῶμα ἐκάλει· διὰ δὲ τοῦ σκηνός αὐτὸ καλεῖται, τὸ πρόσκαιρον ἐδήλωσε· τοιοῦτον γὰρ ἡ σκηνή. Εἰ δὲ καὶ πολλάκις σκηναὶ καλοῦνται καὶ αἱ τῶν δικαίων ἀνεπαύσεις, ἀλλὰ μετὰ προσθήκης· αἰώνιοι γὰρ σκηναί. Ὅρα δὲ, πῶς πρὸς τὴν ἐπίγειον ἀντίθετε τὴν οὐράνιον· πρὸς τὸ σκηνός, τὴν αἰώνιον. Ἀύξων δὲ τὸ ἐγκώμιον τῆς μελλούσης δόξης τοῦ σώματος ἡμῶν, καὶ, « Ἀχειροποίητον, » προσέθηκεν· οὐχ ὡς πρὸς ἀντιδιαστολὴν τούτου τοῦ σώματος· οὐδὲ γὰρ χειροποίητόν ἐστι τοῦτο. Τινὲς δὲ χειροποίητον ¹³ μὲν οἰκίαν, τὴν ἐν τῇ γῆ ζωὴν, σκηνός δὲ τὸ σῶμα φασί· ὡς· εἶναι τὸ λεγόμενον τοιοῦτον· Ἐάν καταλυθῆ ἢ ἐπὶ γῆς ζωὴ τοῦ σώματος ἡμῶν· ἦτις καὶ χειροποίητος ἂν ῥηθῆι, ὡς ἀπὸ χειρῶν συνισταμένη (ἄρτος γὰρ καὶ οἶνος, καὶ τὰ τοιαῦτα, ἐξ ὧν καὶ ἡ ζωὴ ἡμῶν, διὰ χειρῶν γίνονται)· ἔξομεν ἑτέραν ζωὴν ἐν οὐρανοῖς ἄφθαρτον καὶ ἀχειροποίητον, τούτῃ ἐστιν, οὐ προσδοκίαν τῆς τῶν ἡμετέρων χειρῶν ἐργασίας.

« Καὶ γὰρ ἐν τούτῳ στενάζομεν, τὸ οἰκητήριον ἡμῶν τὸ ἐξ οὐρανοῦ ἐπανδύσασθαι ἐπιποθοῦντες. » Ποῖον οἰκητήριον; Τὸ σῶμα τὸ ἀφθαρτον. Ἐξ οὐρανοῦ δὲ φησὶν αὐτὸ, οὐχ ὅτι ἄνωθεν κάττειν, ἀλλ' ὅτι ἐκεῖθεν ἔχει ἐκπεπομένην τὴν τῆς ἀφθαρσίας χάριν. Τοσοῦτον οὖν οὐδεὶς λυπεῖσθαι ἐπὶ τοῖς κατὰ μέρος τοῦ σώματος πειρασμοῖς, ὥστε τούναντίον μᾶλλον στενάζειν ὀφείλομεν, ὅτι μὴ καθολικῶς τὸ φθαρτὸν σῶμα ἀπεκδυόμεθα, ἵνα ἀφθαρτον τούτο ἐπενδυσώμεθα. Διὰ τοῦτο, οὐδὲ σκηνός αὐτὸ ἐκάλεισεν, ἀλλ' οἰκητήριον, ὡς μονιμώτερον.

« Εἰ γὰρ καὶ ἐνδυσάμενοι, οὐ γυμνοὶ εὐρεθησόμεθα. » ἵνα μὴ θαρβῶσι πάντες διὰ τὴν ἀφθαρσίαν τοῦ σώματος, φησὶν· « Εἰ γὰρ καὶ ἐνδυσάμενοι τὴν ἀφθαρσίαν, καὶ σῶμα ἀφθαρτον λαβόντες, ἐὼ γυμνοὶ εὐρεθησόμεθα ὡς δόξης καὶ ἀσφαλείας, ὡς τὴν ἐκ τῆς ἀμαρτίας ἀσχημοσύνην ἔχοντες. Ἡ μὲν γὰρ ἀνάστασις, κοινή· ἡ δὲ τιμὴ, οὐ. »

« Καὶ γὰρ οἱ ὄντες ἐν τῷ σκηνῇ τούτῳ, στενάζομεν, βαρυνόμενοι ἐφ' ᾧ οὐ θέλομεν ἐκδύσασθαι, ἀλλ' ἐπενδύσασθαι, ἵνα καταποθῆ τὸ θνητὸν ὑπὸ τῆς ζωῆς. » Ἐπειδὴ φορετικὸν ἐδόκει ὁ ἔλεγεν, ὅτι στενάζομεν ἐπιθυμοῦντες ¹⁴ ἀπαλλαγῆναι τοῦ σώματος· καὶ γὰρ ἀρρήτως σχέσις τῇ ψυχῇ πρὸς τὸ σῶμα· φησὶν, ὅτι Οὐ διὰ τοῦτο στενάζομεν, ἵνα τοῦ σώματος ἀπλῶς ἀπαλλαγῶμεν, ἀλλὰ θέλοντες ἐπενδύσασθαι τὴν ἀφθαρσίαν· ὡς τοῦτο γὰρ οὐδὲ ἐκδύσασθαι βουλόμεθα, ἀλλὰ τῆς φθορᾶς ἀπαλλαγῆναι, ἵνα ἀλωθῆ καὶ διαπανθῆ ἡ φθορὰ ὑπὸ τῆς ζωῆς, οὐ τὸ

Variæ lectiones.

¹² γὰρ ο. ¹³ ἐπίγειον. ο. ¹⁴ ἐπιποθοῦντες π.

σῶμα. Οὐ γὰρ διὰ τὸ σῶμα ἀπλῶς βαρυνόμεθα, ἀλλὰ διότι ἐστὶ φθαρτόν. Ἐνταῦθεν δὲ παντελῶς ἐμπαρτίονται τῶν αἰρετικῶν τὰ στόματα. Οὐ γὰρ περὶ ἄλλου καὶ ἄλλου σώματος ὁ λόγος, ἀλλὰ περὶ φθορᾶς καὶ ἀφθαρσίας.

« Ὁ δὲ κατεργασάμενος ἡμᾶς εἰς αὐτὸ τοῦτο, Θεός. » Θεὸς δὲ ἐστὶ, φησὶν, ὁ εἰς αὐτὸ τοῦτο ἐξ ἀρχῆς κατεργασάμενος ἡμᾶς· καὶ γὰρ ἐδημιούργησεν ἡμᾶς· ἵνα ὦμεν ἀφθαρτοί· καὶ οὐ νῦν τοῦτο ἔδοξεν αὐτῷ, ἀλλ' ἐξ ἀρχῆς. Ὡστε πάντως ἡ γενήσεται.

« Ὁ καὶ δοὺς ἡμῖν τὸν ἀρραβῶνα τοῦ Πνεύματος. » Θέλεις, φησὶν, ἀπόδειξιν; Δώσω σοὶ καὶ ἄλλην. Διὰ τοῦ βαπτίσματος Πνεύμα ἡμῖν δοὺς, τὸν ἀρραβῶνα τῆς ἀφθαρσίας ἔδωκε. Καὶ γὰρ ἠγάπησε καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα, καὶ θεϊότερα ἀμφοτέρα πεποίηκε, τῆς ἀμαρτίας ἀπαλλάξας, ἐξ ἧς ὁ θάνατος. Ὡστε ἐπεὶ Πνεῦμα δέδωκε, πρόδηλον ὅτι τῆς ἀμαρτίας ἀπήλασεν· ἀμαρτίας δὲ ἀπαλλάξας, καὶ τὴν φθορὰν κατήργησεν· ἐξ ἀμαρτίας γὰρ ἡ φθορά. Οὕτως οὖν ἀρραβῶνα τῆς μελλούσης ἀθανασίας τὸ Πνεῦμα. Καὶ ἄλλω; ὅε, δοὺς νῦν ἡμῖν μερικῶς τὸ Πνεῦμα, πάντως ἀρραβῶνά τινα ἔδωκεν, ὥστε καὶ τὸ ὅλον δώσει. Πῶς δ' ἂν δώσει, εἰ μὴ μέλλοιμεν ἀφθαρτισθῆναι ψυχῇ τε καὶ σώματι; Λαβὼν οὖν ἐνταῦθα τὸ ὀλίγον καὶ ψυχῇ καὶ σώματι ὅσον ἀρραβῶνα, ἐλπίζε ὅτι καὶ τὸ ὅλον τότε ἔξεις ὀλοκλήρως.

« Θαρρόντες οὖν πάντοτε, καὶ εἰδότες ὅτι ἐνδημῶντες τῷ σώματι ἐκδημῶμεν ἀπὸ Κυρίου. (Διὰ πίστει γὰρ περιπατοῦμεν, οὐ διὰ εἰδους.) Θαρρόοιμεν δὲ καὶ εὐδοκοῦμεν μᾶλλον ἐκδημησάμενοι ἐκ τοῦ σώματος, καὶ ἐνδημησάμενοι πρὸς Κύριον. » Ἔτι ἐκεῖνο κατασκευάζει ὁ ἀνωτέρω εἶπεν, ὅτι οὐ φροντίζομεν τῶν κινδύνων· οἱ κίνδυνοι γὰρ, φησὶ, καὶ οἱ θάνατοι, τὸ εὐκταῖον ἡμῖν χρῆμα ἡ προξενούσι, τὴν ἀφθαρσίαν, δι' ἣν καὶ στενάζομεν, καὶ προσάγουσιν ἡμᾶς τὰ χεῖρα τῷ Δεσπότη ἡμῶν. « Θαρρόντες οὖν πάντοτε, » τούτέστι, Μὴ φοβούμενοι μὴτε διωγμοὺς, μὴτε ἐπιβουλὰς, μὴτε θανάτους. Ὅρα δὲ σοφίαν, πῶς ἀπέκρυψε τὰ ὀνόματα τοῦ θανάτου καὶ τῆς ζωῆς, καὶ τὴν μὲν ἐνδημίαν πρὸς Κύριον, τὴν δὲ ἐκδημίαν ἀπὸ Κυρίου τέθεικεν, ἵνα μηδεὶς τῆς παρουσίας ζωῆς ἐξέχηται, οἷα δὲ ἀπαγούσης ἀπὸ τοῦ Κυρίου. Ἔτι ἵνα μὴ τις εἴπῃ· Τί οὖν; τὸ σῶμα ἡμᾶς ἄλλοτριόθεν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ; διωρθώσατο ταῦτο, εἰπὼν· « Διὰ πίστει γὰρ περιπατοῦμεν, οὐ διὰ εἰδους. » τούτέστιν, Ἐνταῦθα μὲν αὐτὸν ἴσμεν, ἀλλὰ μετρίως· τοῦτο γὰρ ἐστὶ τὸ, « Διὰ πίστει »· οὐ μέντοι πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, ὅπως ἐστὶ τὸ, « Διὰ εἰδους. » Ἐπεὶ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, « εὐδοκοῦμεν » τούτέστι, Σφόδρα ἐπιθυμοῦμεν τοῦ ἐκδύσασθαι τὸ σῶμα τοῦτο, καὶ μετὰ Κυρίου γενέσθαι. Οὐκ εἶπε δὲ, Ἀφθαρσίας μετασχεῖν, ἀλλὰ τὸ κρείττον, τὸ μετὰ Κυρίου εἶναι· μείζον γὰρ τοῦτο τῆς ἀφθαρσίας.

Non enim simpliciter propter corpus gravamur, sed quia est corruptibile. Hinc autem omnino hæreticorum ora obstruuntur. Non enim de alio atque alio corpore sermo est, sed de corruptione et incorruptibilitate.

Vers. 5. « Qui autem efficit nos ad illud, Deus est. » Deus est, inquit, qui primum nos ad hoc effecit. Etenim condidit nos, ut simus incorruptibiles. Neque hoc nunc primum ei placuit, sed jam iude a principio. Itaque omnino fiet.

« Qui dedit etiam nobis pignus Spiritus. » Demonstrationem, inquit, cupis? Alteram tibi dabo. Qui nobis per baptismum Spiritum dedit, pignus quoque immortalitatis nobis impertit. Etenim sanctificavit et animam et corpus, et utraque diviniore reddidit, a peccato nos liberans, ex quo mors propagata erat. Quocirca cum Spiritum nobis dederit, perspicuum est quod a peccato liberavit. A peccato vero postquam nos liberavit, corruptionem etiam destruxit: ex peccato enim corruptio. Ita igitur futuræ immortalitatis pignus est Spiritus. Et aliter: Qui dedit nobis in præsentem Spiritum ex parte, pignus quoddam dedit se totum quoque traditurum. Quomodo autem dabit, nisi corpore et animo incorruptibiles futurum simus? Ubi igitur pusillum hic acceperis, arrhabonem videlicet, confide quod et totum tunc prorsus sis habiturus.

Vers. 6-8. « Audentes igitur semper, et scientes quod dum sumus in hoc corpore, peregrinamur a Domino. (Per fidem enim ambulamus, non per speciem.) Audemus autem, et bonam voluntatem habemus magis peregrinari a corpore, et præsentem esse ad Dominum. » Confirmare pergit quod supra dixit: nempe, quod Pericula non moramur. Nam pericula et mortes, inquit, rem nobis optatam conciliant, nimirum, incorruptibilitatem propter quam ingeniscimus, et celerius nos ad Dominum nostrum perducunt. « Audentes igitur semper, » id est, non metuentes neque persecutiones, neque insidias, neque mortes. Expende autem sapientiam, quomodo nomina mortis et vitæ occultavit; alteram quidem præsentiam apud Dominum, alteram vero peregrinationem a Domino faciens, ut nemo de præsentem vita pendeat, ut quæ a Domino abducatur. Deinde, ne quis dicat, Quid igitur? corpus nos alienos facit a Deo? correxit hoc, inquit: « Per fidem enim ambulamus, non per speciem, » hoc est, hic ipsum quidem novimus, sed modice (hoc enim est « Per fidem »; non quidem facie ad faciem, quod est « Per speciem. » Cum autem hæc sic habeant, « Bonam voluntatem habemus, » hoc est, valde desideramus exuere corpus hoc, atque esse cum Domino. Non dixit autem, Immortalitatem assequi: verum quod præstantius est, cum Domino esse: hoc enim immortalitate majus est.

Varie lectiones.

⁷⁴ πάντως αἰνίσσεται ο. ⁷⁵ κτήμα ο.

τὸν Θεὸν τοῦτο ποιούμεν, ἵνα μὴ ὑμεῖς νομίζοντες ἡμᾶς εὐτελεῖς, καταφρονῆτε, καὶ ἀπόλλυθε [f. ἀπόληθε]. Ἄν τέ τι μέτριον καὶ ταπεινὸν εἴπωμεν, δι' ὑμᾶς, ἵνα μάθητε ταπεινοφρονεῖν. Ἡ καὶ ἄλλως· Εἰ μὲν μαίνεσθαι τις ἡμᾶς ὑποπτεῖ, παρὰ Θεοῦ τὸν μισθὸν ἐκδεχόμεθα, ὑπὲρ ὧν ἐπὶ τοῖς τοιοῦτοις ὑποπτεῖν ἡμεῖς· εἰ δὲ σωφρονεῖν ἡγείται, αὐτὸς ἀπολαύτω τῆς ἐκ τοῦ σωφρονεῖν ἡμᾶς ὠφελείας. Ἡ καὶ ἄλλως· Εἰ μαίνόμεθα, διὰ τὸν Θεὸν μαίνόμεθα τοιαῦτα, ἵνα ἡμᾶς αὐτῷ παραστήσωμεν. Ἐμαίνετο δὲ ἄρα ὁ Παῦλος μανίαν ἐρωτικὴν, τοῦ Θεοῦ ἐρῶν, καὶ ὡς ἐραστῆς ἐκεῖνῳ ζῶν, τῷ ἐρωμένῳ, φημί, καὶ ἐκαστὸς ἑαυτοῦ, καὶ ὁλος πρὸς τὸν Θεὸν μεταστὰς, καὶ οὐ τὴν ἑαυτοῦ ζῶν ζωὴν, ἀλλὰ τὴν τοῦ ἐρωμένου, ὡς σφόδρα ἐρωτικὴν ἦτοι ἀγαπητήν. Εἰ οὖν ἐξέστημεν, φησὶν, αὐτῶν, τῷ Θεῷ πάντως ἐξέστημεν, ἀντὶ τοῦ, διὰ τὸν Θεόν.

« Ἡ γὰρ ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ » συνέχει ἡμᾶς, κρίναντας τοῦτο, ὅτι εἰ εἰς ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἄρα οἱ πάντες ἀπέθανον· ἵνα οἱ ζῶντες μὴ κέτι ἑαυτοῖς ζῶσιν, ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ αὐτῶν ἀποθανόντι καὶ ἔγερθέντι. » Ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ ἦν ἐπεδείξατο εἰς ἡμᾶς, συνέχει ἡμᾶς καὶ συναθεῖ εἰς τὸ κινδυνεύειν ὑπὲρ αὐτοῦ, τοῦτο καλῶς παρ' ἑαυτοῖς κρίναντας, ὅτι ἐπεὶ ἀπέθανεν ὑπὲρ πάντων, πρὶδελον ὅτι πάντες ἡμεῖς ἀπολωλότες, καὶ διὰ τοῦτο ἀπέθανεν ὑπὲρ τῶν ἀπολωλότων καὶ τεθανατωμένων, ἵνα ζωώσῃ ἡμεῖς. Ἐπεὶ οὖν ἐζώωσεν, οὐκ ὀφειλομεν λοιπὸν ἑαυτοῖς ζῆν, ἀλλ' ἐκεῖνῳ δι' ὃν ζῶμεν· ὅς οὐ μόνον ἀπέθανεν ὑπὲρ ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ ἠγέρθη, τὴν ἀπαρχὴν ἡμῶν, τούτέστι, τὸ αὐτοῦ σῶμα εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναγαγὼν, καὶ ἵνα ἡμᾶς πάντως ἀναγάγῃ. Τίς γὰρ ὁλος χρεῖα ἐκαίνον ἵνα ἀνελεῖν, εἰ μὴ ἐμύλλομεν καὶ ἡμεῖς τῶν ὁμοίων τυχεῖν; Ὅστε καὶ διότι ἀπέθανεν ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ διότι ἐζώωσεν ἡμᾶς, καὶ διότι τοῦς ὀρθροδῶνας ἡμῖν τῆς ἀφθαρσίας ἔδωκεν, ὀφειλομεν αὐτῷ ζῆν, καὶ οὐχὶ ταῖς ἑαυτῶν ἐπιθυμίαις.

« Ὅστε ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ νῦν οὐδένα οἶδαμεν κατὰ σάρκα. » Ἐπεὶ πάντες θανατωθέντες ὑπὸ τῆς ἀμαρτίας, ἀνεζώωθησαν ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ διὰ τοῦ βαπτίσματος· εἰκότως οὐδένα οἶδαμεν, φησὶ, τῶν πιστῶν κατὰ σάρκα ζῶντα ἵ, τούτέστι, κατὰ τὴν καλαίαν καὶ σαρκικὴν πολιτείαν. Πάντες γὰρ τῷ Πνεύματι ἀναγεννηθέντες, νέαν καὶ πνευματικὴν ζωὴν μετέρχονται.

« Εἰ δὲ καὶ ἐγνώκαμεν κατὰ σάρκα Χριστὸν, ἀλλὰ νῦν οὐκέτι γινώσκομεν. » Δείκνυσιν ὅτι καὶ τούτου αὐτοῦ, τοῦ μὴ κατὰ σάρκα ζῆν, φημί, ἀρχηγὸν ἔχομεν τὸν Χριστὸν· καὶ φησὶν, ὅτι Εἰ καὶ ὁ Χριστὸς ἦν ποτε κατὰ σάρκα, ἀλλὰ νῦν οὐκέτι ἐστὶ. Τί οὖν; τὴν σάρκα ἀπέθετο; Μὴ γένοιτο· ὡς γὰρ ἀνεληφθῆ, οὕτω ἵ καὶ ἐλεῦσεται. Ἀνεληφθῆ δὲ ἐν σαρκὶ καὶ μετὰ τοῦ σώματος. Τί τοίνυν φησὶν; Ὅτι ἡμεῖς

alibi, insipientiam), Dei, inquit, Istuc causa facimus, ne vos existimantes nos esse viles, aspernemini et pereatis. Sive moderatum quiddam et humile dicamus, propter vos, uti discatis humilia sapere. Vel aliter: Si quis nos furere suspicetur, a Deo mercedem recipimus, eo quod hujusmodi suspicioni simus obnoxii; sin sobrios nos esse putet, ipse pariter utilitate e sobrietate nostra proveniente perfruatur. Vel aliam ad rationem: Si insanimus, Dei causa ita insanimus, ut vos ad ipsum perducamus. Insaniebat itaque Paulus amatoriam quamdam insaniam, Deum amans, ac amatoris instar illi vivens, nempe adamato, extra seipsum raptus, ac totus in Deum translatus, nec suam ipsius vitam vivens, sed ejus quem amat, amatoriam plane, sive dilectam et valde charam. Si igitur e nobis excessimus, inquit, Deo omnino excessimus, id est, Dei causa.

VERS. 14, 15. « Charitas enim Christi urget nos, aestimantes hoc, quod si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt; ut qui vivunt, jam non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, et resurrexit. » Dilectio Dei quam exhibuit erga nos, urget nos et compellit ut ejus amore pericula subeamus, hoc probe apud nos judicantes, quod quia mortuus est pro omnibus, perspicuum est quod omnes perieramus, eamque ob causam mortuus est pro iis qui perierant, obierantque mortem, ut nos vivificaret. Quoniam igitur nos vivificavit, non debemus porro nobis ipsis vivere, sed illi, propter quem vivimus: qui nedom mortuus est pro nobis, verum etiam resurrexit, primitias nostras, hoc est, corpus suum in caelos referens, ut omnino nos etiam eo perducatur. Quid enim prorsus opus erat illum ascendere, nisi nos quoque similia consecuturi essemus? Proinde, quia mortuus est pro nobis, et qua vivificavit nos, et quia nobis arrhabones incorruptibilitatis dedit, ipsi in posterum debemus vivere, haud nostris cupiditatibus.

VERS. 16. « Itaque nos ex hoc neminem novimus secundum carnem. » Quia omnes occisi a peccato reviximus, et vivificati sumus a Christo per baptismum, merito neminem novimus fidelium, inquit, secundum carnem viventem, hoc est, juxta veterem et carnalem vitam. Omnes enim Spiritu regenerati, novam et spiritualem vitam ducunt.

271 « Etsi cognovimus secundum carnem Christum, sed nunc non novimus. » Indicat quod Christum ducem et principem habemus hujus ipsius, nempe ut secundum carnem non vivamus, Etsi, inquit, Christus olim secundum carnem erat, nunc tamen non est. Quid inde? carnemne deposuit? Minime: nam quemadmodum assumptus est, sic etiam veniet. Assumptus est autem in carne, et

¹ Act. iv, 41.

Variae lectiones.

¹⁷ Θεοῦ ο. ¹⁸ ἐκαίνο ο. ¹⁹ ὄντα ο. ²⁰ τοιοῦτος ο.

cum corpore. Quid igitur dicit? Quod nos tunc quidem secundum carnem vivere dicimur, quando in peccatis fuerimus: tumque non secundum carnem vivere, quando non peccaverimus. Christus autem secundum carnem vixisse dicitur, quando secundum naturales et inculpatos affectus vixit, esuriens, sitiens, dormiens, laborans. Nunc autem non est secundum carnem, hoc est, ab his naturalibus et inculpatis affectionibus liberatus est, impassibile et immortale corpus habens; ut nos quoque, inquit, abunde doceat, ne ulterius secundum carnem et in peccatis vivamus, sed secundum spiritum.

VERS. 17. « Itaque si quis in Christo, nova creatura. » Si quis credidit Christo, in aliam plane creaturam pervenit, et nova creatura facta est. Non debemus igitur secundum veterem morem vivere.

« Vetera transierunt, ecce nova facta sunt omnia. » Qualia vetera? peccatum et Judaicæ ceremoniæ. Nam vetus peccatum præterit, novaque nobis anima, et novum corpus factum est, et pro Judaicis omnibus nova nobis facta sunt omnia: pro lege, Evangelium; pro Hierosolymis, cælum; pro templo, interior cortina, in qua sacrosancta Trinitas; pro circumcissione, baptisma; pro manna, corpus Dei; pro aqua, sanguis Domini; pro virga Moysi vel Aaronis, crux; pro agno, Filius Dei; omniaque alia eandem ad rationem.

VERS. 18. « Omnia autem ex Deo, qui reconciliavit nos sibi ipsi per Jesum Christum. » Hæc omnia nobis data sunt a Deo, qui reconciliavit nos sibi ipsi per intercessionem Filii sui. Non enim nos ipsi accurrimus, sed ipse nos vocavit per mortem Filii sui.

« Et dedit nobis ministerium reconciliationis. » O profunditatem clementiæ diviniæ! Cum enim Pater et Filium suum legatum misisset, eumque occisum conspicatus esset ab his qui reconciliatione indigerent, neque sic tamen neglexit homines, verum ministerium reconciliationis, inquit, nobis apostolis suis dedit, ut circummeuntes, legatione fungamur ad eos qui a Deo defecerunt, eosque ad eum perducamus.

VERS. 19. « Quoniam quidem Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non imputans eis peccata ipsorum. » Quod nos sibi ipse reconciliaverit, supra dixit. Ne quis igitur dicat: Atqui Filium suum misit: nunc sit quod Filium quidem miserit, verum tamen non solus Filius exhortatur, verum etiam Pater mundum sibi ipsi reconciliavit per Christum (hoc enim est illud, « in Christo ») tantamque bonitatem hominibus ostendit, ut non solum non punierit, verum etiam reconciliatus sit: nec tantum dimiserit, sed ne imputaverit quidem peccata. Si enim rationem exigere voluisset, omnino perissent.

« I Joan. iv. 7.

Α μὲν τότε λεγόμεθα κατὰ σάρκα ζῆν, ὅταν ἐν ἀμαρτίαις ὤμεν· καὶ τότε μὴ ζῆν κατὰ σάρκα, ὅταν μὴ ἀμαρτάνωμεν. Ὁ δὲ Χριστὸς κατὰ σάρκα λέγεται ζῆσαι, ὅτε κατὰ τὰ φυσικὰ καὶ ἀδιάβλητα πάθη ἔζη, πεινῶν, διψῶν, ὕπνῶν, κοπιῶν. Νῦν δὲ, οὐκέτι κατὰ σάρκα· τοῦτέστι, τούτων τῶν φυσικῶν καὶ ἀδιαβλήτων ἀπηλλάγη, ἀπαθὲς καὶ ἀκλήρατον σῶμα ἔχων· ἵνα, φησὶ, πάντως καὶ ἡμᾶς ἐκ περιουσίας διδάξῃ μηκέτι ζῆν κατὰ σάρκα, καὶ ἀμαρτητικῶς, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα.

« Ὡστε εἰ τις ἐν Χριστῷ, καινὴ κτίσις. » Εἰ τις ἐπίστευσε τῷ Χριστῷ, εἰς ἑτέραν δημιουργίαν ἦλθε, καὶ νέα κτίσις ἐγένετο. Οὐκ ὀφείλομεν οὖν κατὰ τὰ παλαιὰ ζῆν.

« Τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν· ἰδοὺ γέγονε τὰ πάντα καινά. » Ποῖα ἀρχαῖα; Καὶ τὰ τῆς ἀμαρτίας, καὶ τὰ Ἰουδαϊκὰ· καὶ γὰρ καὶ παλαιὰ ἀμαρτία παρῆλθε, καὶ καινὴ ἡμῖν ψυχὴ, καὶ καινὸν σῶμα γέγονε· καὶ ἀντὶ τῶν Ἰουδαϊκῶν πάντων, καινά ἡμῖν πάντα· ἀντὶ τοῦ νόμου, Εὐαγγέλιον· ἀντὶ Ἱερουσαλὴμ, οὐρανός· ἀντὶ ναοῦ, τὸ ἐσωτέρον τοῦ καταπατάσματος, ἐν ᾧ ἡ Τριάς· ἀντὶ περιτομῆς, βάπτισμα· ἀντὶ τοῦ μάννα, σῶμα Θεοῦ· ἀντὶ τοῦ ὕδατος, αἷμα Δεσπότου· ἀντὶ ράβδου Μωσέως ἡ Ἀράων, ὁ σταυρός· ἀντὶ τοῦ ἀμνοῦ, Υἱὸς Θεοῦ· καὶ πάντα τὰλλα ὡσαύτως.

« Τὰ δὲ πάντα ἐκ Θεοῦ τοῦ καταλλάξαντος ἡμᾶς ἑαυτῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Ταῦτα δὲ πάντα ἐκ Θεοῦ ἡμῖν δίδοται, τοῦ ἀποκαταλλάξαντος ἡμᾶς ἑαυτῷ διὰ τῆς μεσιτείας τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ. Οὐ γὰρ ἡμεῖς αὐτῷ προσεδράμομεν, ἀλλ' αὐτὸς ἡμᾶς ἐκάλεσε διὰ τοῦ θανάτου τοῦ Υἱοῦ.

« Καὶ δόντος ἡμῖν τὴν διακονίαν τῆς καταλλαγῆς. » Ὁ βάθος φιλανθρωπίας! Πέμψας γὰρ πρέσβυν ὁ Πατὴρ τὸν Υἱόν, εἶτα τοῦτον σφαγέντα ἰδὼν παρὰ τῶν τῆς καταλλαγῆς δεομένων, οὐδὲ οὕτως ἠμέλησε τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ τὴν διακονίαν τῆς κακαλλαγῆς ἡμῖν, φησὶ, τοῖς ἀποστόλοις ἔδωκεν, ἵνα περιερχόμενοι πρεσβεύωμεν πρὸς τοὺς ἀποστάτας τοῦ Θεοῦ, καὶ προσέγγωμεν αὐτοὺς αὐτῷ.

« Ὡς οὐ Θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ κόσμον ἑαυτῷ καταλλάσσω, μὴ λογιζόμενος αὐτοῖς τὰ παραπτώματα αὐτῶν. » Εἶπεν ἄνω, ὅτι αὐτὸς κατήλλαξεν ἡμᾶς ἑαυτῷ. Ἴνα οὖν μὴ τις εἴπῃ· Καὶ μὴν τὸν Υἱόν ἐπεμψε· νῦν φησιν, ὅτι τὸν Υἱόν μὲν ἐπεμψε· πλὴν οὐχ ὁ Υἱὸς μόνος παρεκάλει, ἀλλὰ καὶ ὁ Πατὴρ ἦν καταλλάσσων αὐτῷ τὸν κόσμον διὰ Χριστοῦ· τοῦτο γὰρ τὸ, « Ἐν Χριστῷ »· καὶ τοσαύτην τοῖς ἀνθρώποις ἀγαθότητα ἐπιδεικνύμενος, ὥστε οὐ μόνον οὐκ ἐκόλασεν, ἀλλὰ καὶ κατηλλάγη· καὶ οὐ μόνον ἀφῆκεν, ἀλλ' οὐδὲ ἐλόγισατο τὰς ἀμαρτίας. Καὶ γὰρ δὴ καὶ εἰ ἠθέλησε λόγους ἀπαιτῆσαι, πάντας ἂν ἀπώλοντο.

« Καὶ θέμενος ἐν ἡμῖν τὸν λόγον τῆς καταλλαγῆς. » A
Οὐδὲν οὖν φορτικὸν ⁸¹ ὑμῖν ποιεῖν ἐτάχθημεν ὑπὸ
θεοῦ, ἀλλὰ καταλλάσσειν ὑμᾶς αὐτῷ. Ἐπεὶ γὰρ
ἡμεῖς, φησὶν, οὐκ ἐπεισθήσαν, παραμένετε ὑμεῖς
παρακαλοῦντες, ἕως ἂν πείσῃτε.

« Ὑπὲρ Χριστοῦ οὖν πρεσβεύομεν, ὡς τοῦ Θεοῦ
παρακαλοῦντος δι' ἡμῶν· δεόμεθα ὑπὲρ Χριστοῦ,
καταλλάγητε τῷ Θεῷ. » — « Ὑπὲρ Χριστοῦ, » του-
τίστιν, ἀντὶ τοῦ Χριστοῦ πρεσβεύομεν. Ὅπερ γὰρ
ἐμέλλεν ἐκεῖνος ποιεῖν, ἡμεῖς ἀνεδεξάμεθα νῦν· καὶ
ὡσπερ δι' ἐκείνου παρεκάλει ἡμᾶς ὁ Πατήρ, οὕτω
καὶ νῦν δι' ἡμῶν παρακαλεῖ, ἵνα καταλλάγητε αὐτῷ.
Οὐκ εἶπε δὲ, Καταλλάξτε ἑαυτοῖς τὸν Θεόν, ἀλλ',
Ἵμεῖς καταλλάγητε αὐτῷ. Ἵμεῖς γὰρ αὐτῷ ἐχ-
θραίνετε· ἐκεῖνος δὲ οὐδέποτε ὑμῖν· Θεὸς γὰρ καὶ B
Πατήρ. Ὡσανεὶ δὲ παλαίαντος αὐτοῖς τοῦ Θεοῦ,
οὕτω ποιεῖται τὴν πρεσβείαν, ἵνα συγχωρήσῃσι τῷ
Θεῷ. Ὡ πλοῦτος εὐσπλαγχνίας καὶ συγκαταθά-
σεως!

« Τὸν γὰρ μὴ γνόντα ἁμαρτίαν, ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρ-
τίαν ἐποίησεν, ἵνα ἡμεῖς γενώμεθα δικαιοσύνη Θεοῦ
ἐν αὐτῷ. » Ἵνα μὴ λέγω, φησὶ, τᾶλλα πάντα, ὅτι
εὐεργέτην ἠτιμάσατε, ὅτι δίκας οὐκ ἀπήτησεν, ὅτι
μᾶλλον αὐτὸς πρῶτος καταλλαγῆναι ἐβλετο, καὶ δι'
δ ἐποίησε νῦν οὐκ ἄξιόν ἐστι καταλλαγῆναι αὐτῷ
ὑμᾶς; Τί τοῦτο; Ὅτι τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν μὴ γνόντα
ἁμαρτίαν, τουτέστι, τὸν αὐτοδικαιοσύνην ὄντα, ὑπὲρ
ἡμῶν ἐποίησε θανεῖν ὡς ἁμαρτωλῶν καὶ κακοῦργον.
« Ἐπικατάρατος γὰρ ὁ κρεμνόμενος ἐπὶ ξύλου » καὶ, C
« Μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη. » Καὶ οὐκ εἶπεν, ὅτι ἁμαρ-
τωλῶν ἐποίησεν, ἀλλὰ, « Ἅμαρτίαν » ὅπερ ἐστὶ μεί-
ζον. Ἵνα τί γένηται; Ἵνα ἡμεῖς δικαιοθῶμεν· οὐκ
ἐξ ἔργων νόμου, ἀλλ' ἐκ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ.
Τοῦτο γὰρ ἐστὶν ἡ τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνη, ὅταν τις
χάριτι δικαιοθῇ, ὅταν μηδεμίαν κηλὸς εὐραθῇ· διὰ
τοῦτο γὰρ οὐδὲ εἶπεν, Ἵνα γενώμεθα δίκαιοι, ἀλλὰ,
« δικαιοσύνη Θεοῦ, τὴν ὑπερβολὴν τῆς χάριτος
δηλῶν.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

« Συνεργοῦντες δὲ καὶ παρακαλοῦμεν, μὴ εἰς κε-
νὸν τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ δέξασθαι ὑμᾶς. » Συνερ-
γοῦμεν ἡμεῖς, φησὶ, καὶ ὑμῖν καὶ τῷ Θεῷ· ὑμῖν μὲν,
ἵνα σωθῆτε· τῷ Θεῷ δὲ, εἰς τὸ πληρῶσαι τὸ αὐτοῦ D
θέλημα, τουτέστι, τὸ σῶσαι ἡμᾶς· καὶ παρακαλοῦ-
μεν ἀντὶ τοῦ Χριστοῦ, ἄχρι τῆς δευτέρας αὐτοῦ
παρουσίας, καὶ ἕως ἂν ὦμεν ἐν τῷ βίῳ, ἵνα μὴ εἰς
κενὸν δέξησθε τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ. Τί γὰρ ὑπελο-
ῦσθη ἁμαρτιῶν ἀπαλλαγῆναι χάριτι θεῶν, εἴτε πάλιν οἰ-
κέα βαθυμίαν τούτων πλησθῆναι; Πάλιν γὰρ ἐχθρα,
καὶ κενῶς λοιπὸν ἐγένετο ἡ χάρις εἰς ἡμᾶς. Μὴ
τοίνυν νομίσητε ὅτι τὸ πιστεῦσαι, τοῦτο μόνον ἐστὶ
καταλλαγή, ἀλλὰ καὶ πολιτείας χρειαί.

« Λέγει γὰρ· Καιρῷ δεκτῷ ἐπήκουσά σου, καὶ ἐν
ἡμέρᾳ σωτηρίας ἐδοθήσά σοι· ἰδοὺ νῦν καιρὸς εὐ-

^v Deut. xxi, 3.

^x Isa. xxxiii, 12.

^v Isa i, 49.

Variæ lectiones.

⁸¹ φορτικόν m.

« Et posuit in nobis verbum reconciliationis. »
Nihil igitur molestum aut onerosum vobis impo-
nere præcipimur a Deo, sed ut vos ipsi reconcilia-
mus. Quia enim mihi, inquit, non crediderunt, per-
severate vos adhortantes, tantisper dum persua-
seritis.

Vers. 20. « Pro Christo igitur legatione fungi-
mur, tanquam Deo exhortante per nos. Obsecramus
pro Christo, reconciliamini Deo. » — « Pro Chri-
sto, » id est, Christi loco intercedimus. Quod enim
ille facturus erat, nos suscepimus nunc : et quem-
admodum per illum adhortabatur nos Pater, sic et
nunc per nos adhortatur, ut ipsi reconciliemini.
Non dixit autem, Reconciliate vobis ipsis Deum, sed,
Vos ipsi reconciliemini. Vos enim hostes ejus estis,
ipse vero nunquam vester : siquidem Deus et Pater
est. Quasi vero Deus adversum eos deliquerit, sic
per legatos intercedit, ut condonent Deo. Mira
pietatis et indulgentiæ sive humiliationis magnitu-
dinem !

Vers. 21. « Eum enim qui peccatum non noverat,
pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur justi-
tia Dei in ipso. » Ne alia, inquit, omnia commemo-
rem, quod benefactorem vestram ignominia affe-
cistis, quod vindictam is non exegerit, quod ipse
primus potius reconciliari voluerit, nonne propter
id quod nunc fecit, vos ipsi reconciliari dignum est?
Quidnam istud? Quod Filium suum qui peccatum
non norat, hoc est, qui ipsa justitia erat, cum pec-
catorem ac sceleratum, pro nobis morti tradidit.
« Maledictus enim qui pendet ex ligno », et,
« Cum iniquis reputatus est ». Nec dixit, quod
peccatorem fecerit, sed, « Peccatum, » quod ma-
jus est. Cur istuc factum? Ut nos justificemur, non
ex operibus legis, sed ex gratia Dei. Hæc enim est
Dei justitia, cum quis gratia justificatus fuerit, cum
nullus in eo nævus, nullave macula inveniatur.
Propterea enim non dixit, Ut efficiamur justi : sed,
« Justitia Dei, » gratiæ excellentiam ostendens.

CAPUT VI.

Vers. « Cooperantes autem etiam exhortamur,
ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. » Coopera-
mur, inquit, nos et vobis et Deo : vobis quidem,
ut servemini ; 273 Deo autem, ut voluntatem ejus
impleamus, hoc est, ut vos salvos reddamus : et
Christi loco ad secundum usque adventum ejus, ac
tantisper dum vixerimus, hortamur, ne in vanum
suscipiatis gratiam Dei. Quid enim prodest a peccatis
divina gratia liberari, deinde rursus iis per pro-
prium socordiam impleri? Rursus enim inimicitia
nascitur, et gratia Dei erga nos deinceps frustra
fit. Ne igitur existimetis, quod mera fides sit re-
conciliatio, verum vita etiam est necessaria.

Vers. 2. « Ait enim 7 : Tempore accepto exaudi-
vi te, et in diebus salutis adjuvi te. Ecce nunc tem-

pus acceptabile, ecce nunc dies salutis. » Qualenam A tempus acceptabile? Gratia, in quo est remissio peccatorum, justitiæque subministratio. Istud est acceptabile tempus, in quo nos Deus recipit, exauditque nos, et servat. Judiciï enim tempore, neque exaudit, neque adjuvabit, neque servabit. In hoc itaque gratiæ tempore certare debemus; facile namque assequemur præmia.

Vers. 3. « Nullam ulla in re dantes offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum. » Adhortamur, inquit, et cooperamur. Quomodo? Citra offensionem viventes. Per narrationis autem ordinem consulit, ut et ipsi illum intueantur. Sic enim, inquit, instituo vitam meam, ut nedum non accusationi, verum Ne querimoniam quidem exigam, aut scandalo cuiquam locum dem, ne culpetur ministerium nostrum. Rursum non dixit, Ne accusetur, verum, Ne miniam quidem reprehensionem accipiat opus meum, et ministerium meum. Nonnulli vero sic interpretati sunt: Ne vituperium in prædicationem reflectat; hanc enim ministerium suum appellat. Me enim male vivente, prædicationi conculcabitur et vituperabitur. Clanculum autem illos quoque subindicat, quod Vobis etiam male viventibus, ad Christum et fidem blasphemia redundabit.

Vers. 4. « Sed in omnibus exhibentes nos ipsos, tanquam Dei ministri. » Hoc majus est, non solum seipsum ab accusationibus et reprehensionibus purum facere, verum etiam hujusmodi vitam commo- C strare, ut per ipsam appareat esse minister Dei. Non dixit autem, Apparentes, sed, « Exhibentes, » hoc est, demonstrantes.

« In patientia multa. » Modum dicit quo talis evasit, per patientiam videlicet: nec simpliciter, sed, « Per multam, » inquit. Non enim satis est, unum aliquid et alterum sufferre, cæterum opus est ad finem usque sustinere.

« In tribulationibus, in necessitatibus. » Hæc est tribulationis intensio et exaggeratio, quando inextricabilia mala fuerint, quæ hominem premunt.

« In angustiis. » Quæ sunt a fame, vel simpliciter a tentationibus.

274 Vers. 5. « In plagis et carceribus. » Quando plagæ et carceres adsint, vide quantum sit mali; siquidem vel alterum horum per se sit gravissimum.

« In seditionibus. » Hoc est, in persecutionibus, quando non habuerit aliquis ubi pedem figat, de loco in locum actus.

« In laboribus, in vigiliis, in jejuniis. » Cum dixisset de externis, quæ sua sunt jam hic apponit, quibus suapte sponte sese affligebat: « Laboribus, » manuum scilicet, per quos et seipsum et alios

πρόσδεκτος, ἰδοὺ νῦν ἡμέρα σωτηρίας. » Ποῖος καιρὸς εὐπρόσδεκτος; Ὁ τῆς χάριτος, ἐν ᾧ ἀφείκει ἁμαρτημάτων, καὶ δικαιοσύνης χορηγία. Οὗτος ὁ δεκτὸς καιρὸς, ἐν ᾧ δέχεται ἡμᾶς ὁ Θεὸς, καὶ ἐπικουρεῖ ἡμῶν, καὶ σώζει. Ἐν γὰρ τῷ τῆς κρίσεως καιρῷ, οὔτε ἐπακούσεται, οὔτε βοηθήσει, οὔτε σώσει. Ἐν τῷδε τῆς χάριτος οὖν καιρῷ, ἀγωνίζεσθαι ὀφείλομεν· εὐκόλως γὰρ ἐπιτευξόμεθα τῶν βραβείων.

« Μηδεμίαν ἐν μηδενὶ δίδόντες προσκοπήν, ἵνα μὴ μωμηθῇ ἡ διακονία ἡμῶν. » Παρακαλούμεν, φησὶ, καὶ συνεργοῦμεν. Πῶς; Πολιτευόμενοι ἀπροσκόπως. Ἐν τάξει δὲ διηγήσεως συμβουλεύει, ἵνα καὶ αὐτοὶ πρὸς αὐτὸν ἀφορώσιν. Οὕτω γὰρ, φησὶν, ἀπαυθύνω τὸν βίον μου, ὥστε οὐ λέγω ὅτι κατηγορίας, ἀλλ' οὐδὲ μέμφεω ψιλῆς, μᾶλλον δὲ σκανδάλου χώραν οὐ δίδωμί τι, ἵνα μὴ μωμηθῇ ἡ διακονία ἡμῶν. Πάλιν οὐκ εἶπεν, Ἴνα μὴ κατηγορηθῇ, ἀλλ' Ἴνα μηδὲ τὸν τυχόντα μῶμον δέξεται τὸ ἔργον μου, καὶ ἡ διακονία μου⁸¹. Τινὲς δὲ οὕτως ἠρμήνευσαν· Ἴνα μὴ ἀναδράμῃ ὁ μῶμος εἰς τὸ κήρυγμα· τοῦτο γὰρ διακονίαν αὐτοῦ καλεῖ. Ἐμοῦ γὰρ κακῶς ζῶντος, τὸ κήρυγμα καταπατηθήσεται καὶ διαβληθήσεται. Διηγήσεως οὖν καὶ αὐτοῦς ὑπαινίττεται⁸², ὅτι Καὶ ὑμῶν κακῶς ζώντων, εἰς τὸν Χριστὸν καὶ τὴν πίστιν ἀναδραμεῖται ἡ βλασφημία.

« Ἄλλ' ἐν παντὶ συνιστῶντες ἑαυτοὺς, ὡς Θεοῦ διάκονοι. » Τοῦτο μείζον, τὸ μὴ μόνον ἑαυτὸν κατηγοριῶν καὶ μῶμων καθαρὸν ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ τοιοῦτον βίον ἐπιδείκνυσθαι, ὥστε δι' αὐτοῦ φαίνεσθαι καὶ διάκονον Θεοῦ. Οὐκ εἶπε δὲ, Φαινόμενοι, ἀλλὰ, « Συνιστῶντες, » τούτέστιν, ἀποδεικνύντες.

« Ἐν ὑπομονῇ πολλῇ. » Λέγει καὶ τὸν τρόπον, πῶς ἐγένετο τοιοῦτος, ὅτι διὰ τῆς ὑπομονῆς· οὐχ ἀπλῶς δὲ, ἀλλὰ καὶ « Πολλῆς. » Οὐ γὰρ ἀρκεῖ τὸ ἐν τι καὶ δεύτερον ὑπεναγεῖν, ἀλλὰ δεῖ ἄχρι τέλους ὑπομένειν.

« Ἐν θλίψεσιν, ἐν ἀνάγκαις. » Τοῦτο ἐπίστασις τῆς θλίψεως, ὅταν ἀδιεξόδευτα ᾖ τὰ κακὰ ἄγχοτα⁸³ τὸν ἄνθρωπον.

« Ἐν στενοχωρίαις. » Ταῖς ἀπὸ τοῦ λιμοῦ, ἢ ταῖς τῶν πειρασμῶν ἀπλῶς.

« Ἐν πληγαῖς, ἐν φυλακαῖς. » Ὅταν καὶ πληγαὶ καὶ φυλακαὶ, ὄρα πόσον τὸ κακὸν· ὅπου γε καὶ τὸ ἕτερον τούτων αὐτὸ καθ' αὐτὸ βαρύτερον.

« Ἐν ἀκαταστασίαις. » Τούτέστιν, ἐν διωγμοῖς, ὅταν μὴ ἔχη τις τοῦ στή, ἐλαυνόμενος ἐκ τόπου εἰς τόπον.

« Ἐν κόποις, ἐν ἀγρυπνίαις, ἐν νηστείαις. » Εἰπὼν τὰ παρὰ τῶν ἔξω⁸⁴, τὰ παρ' ἑαυτοῦ προστίθειν ἐνταῦθα, ἃ ἐκὼν ἐκακούγει ἑαυτόν. « Κόποις, » τὰς τῶν χειρῶν, δι' ὧν καὶ ἑαυτὸν καὶ ἄλλους ἐπάσκει

Variæ lectiones.

⁸¹ διδασκαλία m. ⁸² αὐτοῖς o. ⁸³ ἔχοντα o. ⁸⁴ περὶ τῶν ἔξωθεν o.

καὶ μετὰ τούτων πάντων καὶ ἠγρύπνει καὶ ἐνή-
στευεν.

« Ἐν ἀγνότητι. » Τὴν σωφροσύνην οὕτω φησὶν,
ἣ τὴν ἐν πᾶσι καθαρότητα, καὶ τὸ ἀδωροδόκητον, καὶ
τὸ ἀδιδάκω; κηρύσσειν.

« Ἐν γνώσει. » Τοῦτέστιν, ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ σοφίᾳ·
ἣτις ἐστὶν ὄντως γνώσις· οὐχὶ τῇ ἔξω, καθάπερ οἱ
ψευδαπίστολοι.

« Ἐν μακροθυμίᾳ, ἐν χρηστότητι. » Ἀδαμαντί-
νης ψυχῆς, τὸ πάντοθεν παροξυνόμενον καὶ κεντού-
μενον, οὐ μόνον μακροθυμεῖν, ἀλλὰ καὶ χρηστεύ-
εσθαι.

« Ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. » Δείκνυσι, πῶθεν πάντα
ταῦτα κατόρθωσεν· ὅτι « ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. » Ὅτι δὲ
τὰ παρ' ἐαυτοῦ ἐπεδείξατο, τότε τὴν τοῦ ἁγίου
Πνεύματος βοήθειαν ἐθήκεν. Νοεῖται δὲ ὅτι καὶ ἐν
χαρίσμασι πνευματικῶς· καὶ γὰρ καὶ ἐν τούτοις
δείκνυμεν ὅτι Θεοῦ ἐσμεν διάκονοι, ἅτε θαύματα ἐπι-
δεικνύμενοι. Ἡ ὅτι καὶ ἐν τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ
προσκοπήν οὐκ ἐδώκαμεν, τοῦτέστιν, ἐν τοῖς χαρί-
σμασι τοῦ Πνεύματος. Πολλοὶ γὰρ ἐπαίρομενοι, ὡς
οἱ τὰς γλώσσας ἔχοντες, οὐκ εἰς δέον χρῶνται τού-
τοις· ἀλλ' οὐχ ὅγε Παῦλος οὕτως.

« Ἐν ἀγάπῃ ἀνυποκρίτῳ. » Τοῦτο τὸ πάντων αἴ-
τιον τῶν ἀγαθῶν, τοῦτο καὶ τὸ Πνεῦμα παρ' αὐτῷ
μένειν ἐποιεῖ.

« Ἐν λόγῳ ἀληθείας. » Τοῦτέστιν, οὐ δολοῦντες
τὴν λόγον τοῦ Θεοῦ.

« Ἐν δυνάμει Θεοῦ. » Οὐδὲν, φησὶν, ἐμὸν, ἀλλὰ
πάντα ταῦτα ἐν δυνάμει Θεοῦ ἐγένοντο, ἣ καὶ ἐν ση-
μείοις καὶ τέρασιν, καὶ κολαστικῇ καὶ εὐεργετικῇ δυ-
νάμει.

« Διὰ τῶν ὅπλων τῆς δικαιοσύνης τῶν δεξιῶν καὶ
τῶν ἀριστερῶν. » Ὅπλα δικαιοσύνης ἀριστερὰ, τὰ
λυπηρὰ πάντα· ὅπλα μὲν, ὡς τειχίζοντα καὶ ἐν
ἀσφαλείᾳ καθιστῶντα· ἀριστερὰ δὲ, διὰ τὴν τῶν
πολλῶν ὑπόληψιν. Καὶ γὰρ καὶ ὁ Κύριος ἐκέλευσεν
εὐχεσθαι, μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμόν. Δεξιὰ δὲ, τὰ
εὐθυμότερα. Δι' ἀμφοτέρων οὖν Παῦλος ἀμώμητος
ἐδείκνυτο, ὅστε τοῖς λυπηροῖς συστελλόμενος, ὅστε
τοῖς εὐθυμότεροις ὀγκούμενος, ἀλλ' ὅπλα δικαιοσύ-
νης ταῦτα ποιῶν ⁸⁶.

« Διὰ δόξης καὶ ἀτιμίας. » Ἐρμήνευσεν ἡμῖν τὰ
δεξιὰ καὶ τὰ ἀριστερὰ, ὅτι δόξα καὶ ἀδοξία. Πῶς δὲ
ὅπλων δικαιοσύνης ἡ δόξα; Ὅτι πολλοὺς ἐνάγει εἰς
εὐσέθειαν, τὸ τιμᾶσθαι τοὺς διδασκάλους. Τί οὖν;
τοῦτο κατόρθωμα Παύλου; Ναί, ὅτι οὐκ ἔχαυνοῦτο
δοξαζόμενος· ἣ ἀδοξία δὲ ὑπομονὴν κατεργαζομένην,
εὐδέκιμον αὐτὸν ἐποιεῖ, καὶ εὐόδου τὸ κήρυγμα.

« Διὰ δυσφημίας καὶ εὐφημίας. » Καὶ τοῦτο μέγα,
τὸ ὑπομείναι δυσφημίαν· μεγάλως γὰρ τῆς ψυχῆς
καθάπτεται. Διὸ καὶ ὁ Κύριος μακαρίζει τοὺς ὑπο-
μένοντας· ὡς ἐνδειξιμόν. Ἐν μὲν γὰρ τοῖς βεσάνοις

^a Psal. cxvii, 18.

⁸⁶ ταῦτα ὄντως ποιῶν m.

A alebat, cumque his omnibus et vigilavit et jeju-
navit.

VERS. 6. « In puritate. » Temperantiam sic ap-
pellat, vel puritatem in omnibus rebus, tum quod
munerum corruptelam non admiserit, tum quod ci-
tra sumptum prædicaverit.

« In scientia. » Hoc est, in Dei sapientia, quæ
est revera scientia: non externa, pseudapostolo-
rum more.

« In longanimitate, in benignitate. » Adamantini
plane animi est, si quis, cum undique exacerbetur
et pungatur, non solum longanimis, verum etiam
inilis sit et benignus.

« In Spiritu sancto. » Ostendit unde hæc omnia
peregert: uimirum « in Spiritu sancto. » Cum au-
tem sua ostendisset, tum Spiritus sancti auxilium
posuit. Intelligit etiam, pro, « in donis spiritua-
libus; » per hæc enim documentum quoque damus,
quod Dei simus ministri, ut qui miracula exhibea-
mus: Vel in Spiritu sancto nullam dedimus offen-
sionem, hoc est, in donis Spiritus. Multi enim eo-
rum qui efferuntur, veluti ii qui linguas habent,
iis uti decet non utuntur. Paulus vero non sic.

« In charitate non ficta. » Hæc res omnium bono-
rum causa est: hæc et Spiritum apud eum permane-
nere faciebat.

VERS. 7. « In verbo veritatis. » Hoc est, non de-
pravans verbum Dei.

« In virtute Dei. » Nihil, inquit, meum est, sed
hæc omnia in virtute et potentia Dei facta sunt, vel
in signis etiam atque prodigiis et virtute, qua Deus
et punit, et beneficia nobis impertit.

« Per arma justitiæ dextra et sinistra. » Arma
justitiæ sinistra, tristitia cuncta; arma quidem tan-
quam munientia, ac in tuto nos collocantia; sini-
stra vero, propter multorum opinionem. Siquidem
et Dominus ipse nos orare jussit, ne ingrediamur
in tentationem. Dextra vero, jucundiora. In utris-
que ergo Paulus irreprehensibilis monstrabatur,
ut qui neque tristibus dejiceretur, neque lætis ef-
ferretur, sed arma justitiæ hæc revera faceret.

VERS. 8. « Per gloriam et ignominiam. » Interpre-
tatus **275** est nobis, dextra et sinistra, quod sint gloria
et ignominia. Quomodo vero arma justitiæ gloria?
Quoniam multos inducit ad pietatem, honor qui de-
fertur doctoribus. Quid inde? Hæccine Pauli virtus?
Imo, quia cum gloria affectus esset, non superbie-
bat. Ignominia autem quæ patientiam operatur,
ipsum probatum efficiebat, prædicationemque ejus
felicem reddebat.

« Per infamiam et bonam famam. » Hoc quoque
arduum est, infamiam sustinere: nam animum
magnopere movet. Propterea Dominus eos beatos
prædicat, qui opprobria ferunt. In tormentis enim

corpus cum anima paritur dolores ; in contumelia vero sive infamia, totum onus animæ inniuet : unde et Jobo istuc cæteris plagis gravius erat. »

« Tanquam seductores et veraces. » Hoc est quod dixit, « Per ignominiam et bonam famam.

Vers. 9. « Velut ignorati et agniti. » Aliis enim adamati et cogniti erant, alii vero ipsos ne novisse quidem dignati erant. Hoc autem idem est cum eo quod dixit, « Per gloriam et ignominiam. »

« Tanquam morientes, et ecce vivimus. » Hoc est, tanquam morti addicti et condemnati, ac quatenus ad mentem insidiantium pertinet, « morientes » per Dei autem potentiam « ecce vivimus. »

« Tanquam castigati, et non occisi. » Permittit, inquit, hæc Deus, ut erudiat nos et castiget. Quare etiamnum, ante futura illa præmia, non exiguum nobis a castigatione lucrum provenit. A Davide autem hoc desumptum est ^b, « Castigans » enim, inquit ille, « castigavit me Dominus, et morti non tradidit me. »

Vers. 10. « Tanquam dolentes, semper autem gaudentes. » Apud externos quidem, moesti videmur, ait : nos vero solida voluptate perfruimur. Non enim aliquando lætamur, aliquando non, sed semper.

« Tanquam egentes, multos autem locupletantes. » Divitiis tum spiritualibus tum sensibilibus multos locupletavit. Etenim omnium ædes sibi apertas habens, opulentissimus erat, ac aliis impertiri et nutrire potuit, perinde ac sanctos in Hierusalem. ^c Indicat autem hoc et per sequentia.

« Tanquam nihil habentes, et omnia possidentes. » Qui enim nulli rerum temporalium ad victum et amictum pertinentium affixus est, quæ omnium sunt, habet. « Si enim fieri posset, » inquit, « oculos vestros eruissetis et mihi dedissetis : » quomodo igitur tales pecuniis pepercissent erga ipsum ? Hæc autem omnia illis recensuit, ne ob aliquid eorum quæ tristitia videbantur, turbarentur.

Vers. 11. « Os nostrum patet ad vos, o Corinthii, cor nostrum dilatatum est. » Postquam propria certamina recensuisset, ipsisque veluti per narrationunculam quamdam **276** ostendisset, quod ipsum imitari debuerint, deinceps increpaturus est eos, ceu eum non admodum diligentes. Antea vero quam hoc faciat, propriam charitatem ostendit : Semper, inquiens, volo vobis loqui et disserere, ac libere, eumque fiducia verba facere : hoc enim significat, « Os nostrum patet. » Sic autem dicit, quia eos objugaturus est, indicans eam esse maxime dilectionem, ipsam videlicet loquendi libertatem. Non solum autem ore ostendo dilectionem meam, verum etiam corde, amplum illud et latum erga vos habens. Fervor enim dilectionis et os meum aperit,

^b Matth. v, 41. ^c Galat. iv, 15.

Α τὸ σῶμα μερίζεται σὺν τῇ ψυχῇ τὰς ἀληθόνας· ἐν δὲ τῇ δυσφημίᾳ, τὸ ὄλον βάρος ἐπὶ τὴν ψυχὴν. Ὅθεν καὶ τῷ Ἰωβ βαρύτερον τοῦτο τῶν ἄλλων πληγῶν.

« Ὡς κλένοι καὶ ἀληθεῖς. » Τοῦτο ἐστὶν ὃ εἶπε· « Διὰ δυσφημίας καὶ εὐφημίας. »

« Ὡς ἀγνοούμενοι καὶ ἐπιγινωσκόμενοι. » Τοῖς μὲν γὰρ ἦσαν περισπούδαστοι καὶ γνώριμοι· οἱ δὲ οὐδὲ εἰδέναι αὐτοὺς ἤξιουν. Τοῦτο δὲ ταῦτόν ἐστι τῷ, « Διὰ δόξης καὶ ἀτιμίας. »

Ὡς ἀποθνήσκοντες, καὶ ἰδοὺ ζῶμεν. » Τοῦτέστιν, ὡς ἐπιθανάτιοι καὶ καταδίκιοι, καὶ ὅσον πρὸς τὴν γνώμην τῶν ἐπιβουλεύοντων, « ἀποθνήσκοντες » διὰ δὲ τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν « ἰδοὺ ζῶμεν. »

« Ὡς παιδευόμενοι, καὶ μὴ θανατούμενοι. » Συγχωρεῖ δὲ, φησί, ταῦτα ὁ Θεός, ἵνα παιδεύῃ ἡμᾶς. Ὅσα καὶ πρὸ τῶν ἐκείθεν μισθῶν, οὐ μικρὸν ἐν ταῦθα τὸ κέρδος, τὸ τῆς παιδείας. Τοῦτο δὲ ἀπὸ τοῦ Δαυὶδ· ἐκεῖνος γὰρ, « Παιδεύων, » φησὶν, « ἐπαίδευσέ με ὁ Κύριος, τῷ δὲ θανάτῳ οὐ παρέδωκέ με. »

« Ὡς λυπούμενοι, ἀλλ' οὐδαμῶς χαίροντες. » Παρὰ μὲν τοῖς ἔξω, φησὶ, δοκοῦμεν ἀθυμεῖν· ἡμεῖς δὲ τὴν ἡδονὴν αἰκμάζουσαν ἔχομεν. Οὐ γὰρ ποτὲ μὲν χαίρομεν, ποτὲ δὲ οὐ, ἀλλ' αἰεὶ.

« Ὡς πτωχοὶ, πολλοὺς δὲ πλουτίζοντες. » Καὶ κατὰ τὸν πνευματικὸν πλοῦτον πολλοὺς ἐπλούτιζε, καὶ κατὰ τὸν αἰσθητὸν ἔδ. Καὶ γὰρ τὰς ἀπάντων οἰκίας ἀνεπηγμέναις αὐτῷ ἔχων, πλουσιώτατος ἦν, καὶ ἄλλοις παρέχειν καὶ τρέφειν δυνάμενος, ὥσπερ καὶ τοὺς ἐν Ἱερουσαλὴμ ἁγίους. Ἀηλοὶ δὲ τοῦτο καὶ διὰ τῶν ἑξῆς.

Ὁ Θεὸς γὰρ ἔστιν ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν καὶ τὸ θέλειν καὶ τὸ ἐνεργεῖν. Ἐπειδὴ εἶπε· Μετὰ φόβου καὶ τρόμου· νῦν φησί· Μὴ πτοηθῆτε διὰ τοῦτο. Οὐ γὰρ τοῦτο εἶπον, ἵνα ἀπαγορεύσῃς, ἀλλ' ἵνα προσέχης. "Ἄν γὰρ προσέχης, ὁ Θεὸς τὰ πάντα ἐργάσεται. Αὐτὸς γὰρ ἔστιν ὁ καὶ προθυμίαν δεικνύς ἡμῖν, ὥστε θέλειν τὰ ἀγαθὰ, καὶ τὴν ἐργασίαν αὐτοῦ εἰς τέλος ἄγων. Ἐνεργεῖ γὰρ ὁ Θεὸς ἐν ἡμῖν τὸ θέλειν· τούτεστι, συνεργεῖ ἡμῖν πρὸς τὸ θέλειν τὰ ἀγαθὰ, καὶ ⁴⁷ αἰετὶ τὸ ἀγαθὸν θέλημα ἡμῶν, καὶ συνεχκαλεῖ ὥστε θερμότερον γενέσθαι. Καὶ ἄλλως δὲ ⁴⁸, ἐπειδὴ τὸ τέλος αὐτὸς ἐπιτίθεισιν, αἱ δὲ ἄνθρωποι, ἅπερ ἂν ὀρώμεν τελειούμενα, πρὸς ἐκεῖνα καὶ τὸ θέλημα ἡμῶν τείνομεν· διὰ τοῦτο καὶ τὸ θέλειν ἐνεργεῖσθαι ὑπὸ Θεοῦ λέγει. Οἶον· Ἡθέλησάς τι; Ἐνήρξω πράττειν τοῦτο· ἐάν μὲν τὸ τέλος ἐπακολουθῆ, θέλεις πλέον τοῦτο τὸ ἔργον· εἰ δ' οὐ, ἀποναρξά σοι ἡ θέλησις. Τοῦ τοίνυν τέλους παρὰ τῷ Θεῷ ἔντος, τοῦ καὶ τὸ θέλειν ἡμῶν ⁵⁰ συνεχκαλιότητος, εἰκότως καὶ τοῦτο φησιν εἶναι παρὰ τῷ Θεῷ. Ἡ καὶ ἀπὸ πολλῆς εὐγνωμοσύνης ὁ Παῦλος καὶ αὐτὸ τὸ θέλειν ἐκ τοῦ Θεοῦ ἡμῖν ἐνεργεῖσθαι λέγει· ὥσπερ καὶ τὰ κατορθώματα, χαρίσματα καλεῖ· οὐ τὸ αὐτεξούσιον ἀναιρῶν, ἀλλὰ βουλόμενος ἡμᾶς εἶναι ἐχρησισαίν, καὶ πάντα ἀνατιθέναι τῷ Θεῷ. Ὅρα ἔτι καὶ τὴν λέξιν· Ἐν ὑμῖν ⁵¹, εἶπε, τοῖς μετὰ φόβου καὶ τρόμου τὴν σωτηρίαν κατεργαζομένοις· ἐν γὰρ τοῖς τοιοῦτοις ἐνεργεῖ ὁ Θεὸς τὰ πάντα.

Ἐπὲρ τῆς εὐδοκίας. Τούτεστιν, Ἐπὲρ τοῦ πληρωθῆναι εἰς ὑμᾶς τὴν εὐδοκίαν καὶ τὸ ἀγαθὸν θέλημα αὐτοῦ, ἵνα οὕτω ζῶμεν ὡς αὐτὸς βούλεται. Ὅστις καὶ ἐκ τούτου θαρσεῖτε· πάντως γὰρ συνεργήσει ὑμῖν ὁ Θεὸς πρὸς τὸ ὀρθῶς ζῆν, εἰ καὶ μὴ εἰς ἄλλο τι, δίδωι γοῦν αὐτὸς ἀποδέχεται.

Καὶ πάντα ποιεῖτε χωρὶς γογγυσμῶν καὶ διαλογισμῶν. Ὁ διάβολος, ἐπειδὴν οὐ δυναθῆ καθάπερ ἀπὸ τοῦ καλοῦ κωλύσαι τινα, ἢ ἀπόνοιαν αὐτῷ εἰσὴγείται, ἢ κενοδοξίαν· ἢ εἰ μὴ ταῦτα, γογγυσμὸν, ἢ ἀμφισβολίαν καὶ ἀπιστίαν. Ἐπεὶ οὖν ἐν περιρρομοῖς καὶ κινδύνοις συνεχῆσιν ἦσαν, ἐκ τούτων δὲ πολλοὶ εἰς γογγυσμὸν ἐκτραχηλίζονται καὶ βλασφημίας, *Χωρὶς γογγυσμῶν, φησί, πάντα ποιεῖτε.*

Ὁ γὰρ γογγύζων, ἀχάριστος καὶ δύσφημος. Διαλογισμοὺς δὲ, τὴν διάκρισιν φησι καὶ τὸν δισταγμὸν. Οἶον· Ὅταν ἐντολῆς προκειμένης λέγῃ τις· Ἄρξ, ἐὰν τὸδε ποιήσω, ἔξω μισθόν; ἄρα καλόν ἐστιν; Οὐδεὶ γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις διστάζειν, ἀλλὰ πεποιθότως ποιεῖν· καὶν πόνος ἦ, καὶν κάματος, μηδὲν διαλογίζεσθαι.

Ἴνα γόννησθε ἀμωμοὶ καὶ ἀκέραιοι. Τουτέστιν, ἀνεπιληπτοὶ καὶ ἀσιπλοὶ· οὐ γὰρ μικρὰ κηλὶς ὁ γογγυσμὸς. Οὐκ εἶπε δὲ, ὡσπερ ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους, ὅτι κολασίς ἀπόκειται τῷ γογγυσμῷ, διότι ὡς ἐλευθέρους τοῦτους διαλέγεται. Ἄκουε γὰρ καὶ τῶν ἐξῆς·

Τέκνα Θεοῦ ἀμόμητα. Ὅστε δούλων καὶ ἀγνομόνων τὸ γογγύζειν. Ποῖος γὰρ υἱὸς ἐν τοῖς τοῦ Πατρὸς [ποινῶν] καὶ ἐαυτῷ κάμων, γογγύζει;

Ἐν μέσῳ γενεᾶς σκολιῶς καὶ διστραμμένης. Οἶδα, φησὶν, ὅτι πολλοὶ οἱ πολεμοῦντες, καὶ εἰς τὸ γογγύζειν ὑμᾶς ἐκβιαζόμενοι· ἀλλὰ τοῦτο μάλιστα ἐπαινετὸν, ὅταν τις καὶ παρακινζόμενος, οὐδὲν τοιούτων πάσχη.

Ἐν οἷς φαίνεσθε ὡς φωστῆρες ἐν κόσμῳ, λόγον ζωῆς ἔχοντες. Ὅσπερ οἱ φωστῆρες ἐν σκότει λυμποῦσιν, οὕτω καὶ ὑμεῖς ἐν μέσῳ τῶν σκολιῶν, εὐθεῖς ὄντες, μᾶλλον ἀπολάμπειν σπουδάσατε. Τὸ γὰρ, *φαίνεσθε*, προστακτικὸν δοκεῖ μοι. *Λόγον δὲ ζωῆς ἔχοντες*⁸², τοῦτ' ἐστὶ, Σπέρμα ζωῆς ἐν ὑμῖν αὐτοῖς ἔχοντες, καὶ μέλλοντες ζῆσθεσθαι, καὶ ἐνεῦθεν ἤδη ἀρραβῶνα τῆς σωτηρίας λαβόντες. Ἡ, ὅτι· Ὅσπερ οἱ φωστῆρες καὶ φωτίζουσι καὶ ἀναζωοῦσι τὰ σώματα τῇ θάλπει,⁸³ οὕτω καὶ ὑμεῖς σπεύσατε εἶναι ζωτικὴ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις δύναμις.

Εἰς καύχημά ἐμοὶ εἰς ἡμέραν Χριστοῦ. Τοσαύτη, φησὶν, ἡ ὀμνία ἀρετῆ ἐστὼ, ὥστε μὴ μόνον ὑμᾶς εἰς τὴν ζωὴν ἄγειν, ἀλλὰ καὶ ἐμὲ λαμπρότερον ποιεῖν ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ Χριστοῦ.

Ὅτι οὐκ εἰς κενὸν ἔδραμον, οὐδὲ εἰς κενὸν ἐκοπίασα. Τοῦτό μοι καύχημα, ἔτι τοιούτους ὑμᾶς ἐπαίδευσα, καὶ οὐ κενός μου⁸⁴ ὁ ἐφ' ὑμῖν κόπος γέγονεν.

Ἄλλ' εἰ καὶ σπένδομαι ἐπὶ τῇ θυσίᾳ καὶ λειτουργίᾳ τῆς πίστεως ὑμῶν, χαίρω καὶ συγχαίρω πάνσιν ὑμῖν. Εἰ καὶ τελευτῶ, φησὶ· τοῦτο γὰρ σπονδὴν καλεῖ, τὴν τελευτήν. *Σπένδομαι δὲ ἐπὶ τῇ θυσίᾳ καὶ λειτουργίᾳ τῆς πίστεως ὑμῶν*· τουτέστι, Πρότερον ὑμᾶς θύσας⁸⁵, καὶ λειτουργίαν [ὑμᾶς] προσενεγκῶν, καὶ πιστοὺς ποιήσας· ὁμοῦ οὐχ ὡς ὁ ἀποθανούμενος λυποῦμαι, ἀλλὰ εἰ καὶ χαίρω καὶ συγχαίρω πάνσιν ὑμῖν. Χαίρω μὲν οὖν, ὅτι σπονδὴ γίνομαι· συγχαίρω δὲ, ὅτι τὴν πίστιν ὑμῶν ὡς θυσίαν προσάγω τῷ Χριστῷ.

Τὸ δ' αὐτὸ καὶ ὑμεῖς χαίρετε. Ὅτι⁸⁶ καὶ αὐτοὶ προσηνέχθητε.

Καὶ συγχαίρετέ μοι. Ὅτι σπένδεσθαι μέλλων χαίρω ἐπ' αὐτῷ⁸⁷.

A murmuracionibus, inquit, omnia facte. Qui enim murmurat, ingratus et maledicus est. Hæsitaciones autem, dijudicationem dicit ac dubitationem : veluti si mandato proposito dicat aliquis : Num si hoc fecero, habebō mercedem? Numquid hoc bonum est? In talibus enim non est dubitandum, sed confidenter agendum, ac sive sit labor, sive defatigatio, nihil est disceptandum.

VERS. 15. Ut sitis sine querela et simplices. Hoc est, irreprehensibiles et immaculati; haud parva enim macula est obmurmuratio. Non dixit autem, ut in 442 Epistola ad Corinthios, pœnam repositam esse murmurī, eo quod hisce tanquam liberis loquatur. Audi enim sequentia.

Filii Dei sine reprehensione. Servorum itaque et ingratorum est murmurare. Qualis enim filius in negotiis paternis sibi ipse laborans murmurat?

In medio nationis pravæ et perversæ. Novi, inquit, multos esse qui bellum gerant adversum vos, cogentes ita vos murmurare; verum potissimum hoc est laudandum, si quis irritatus nil tale faciat.

VERS. 15, 16. In quibus lucetis sicut luminaria in mundo, vitæ verbum habentes. Æque ac luminaria in tenebris lucent, hunc ad modum et vos in medio perversorum, recti cum sitis, magis effulgere studete. Hoc enim quod ait, *Lucetis*, imperativum esse mihi videtur. Et, *Verbum vitæ habentes*, hoc est, Semen vitæ in vobis ipsis habentes, et victuri posthac, et arrhabonem salutis jam nunc accipientes. Vel : Quemadmodum luminaria et lucent, et corpora refocillatione vivificant : sic et vos conamini esse vitalis aliis hominibus potentia.

Ad gloriationem mihi in die Christi. Tanta, inquit, vestra virtus sit, ut non solum vos ad vitam ducat, verum etiam me fulgentiorem faciat in adventu Christi.

Quoniam non in vanum cucurri, neque in vanum laboravi. Hæc mea gloriatio est, quod tales vos institui, nec inanis mihi labor apud vos fuerit.

VERS. 17. Sed etsi immolor super hostia et sacrificio fidei vestræ, gaudeo, et congratulor omnibus vobis. Etsi morior, inquit : hoc enim immolationem vocat, mortem nimirum ipsam. *Immolor autem super victima et sacrificio fidei vestræ* : hoc est, Ubi prius vos victimam et sacrum Deo obtulero, fideles vos faciens : Atamen non tanquam moriturus tristitia afficior, verum lætor et congaudeo omnibus vobis. Lætor quidem quod libamen flammæ : collætor autem, quoniam fidem vestram veluti hostiam offero Christo.

VERS. 18. Id ipsum autem et vos gaudete. Quod et ipsi oblatis sitis.

Et congaudete mihi. Quoniam ego immolandus, ob id ipsum lætor.

Variæ lectiones.

⁸² ἐπέχοντες ο. ⁸³ θλίψει ο. ⁸⁴ μοι ο. ⁸⁵ θυσίαν. ο. ⁸⁶ εἰτι ο. ⁸⁷ ἐμαυτῷ σ.

VERS. 19. *Spero autem in Domino Jesu, Timotheum me cito missurum ad vos, ut et ego bono animo sim, cognitis quæ circa vos sunt.* Quemadmodum omnia, sic etiam Timothei missionem Christo tribuit. Confido enim, inquit, quod ille facile hoc persequetur, ut quemadmodum vos recreamini, cognitis per hanc Epistolam meam rebus meis, quod Evangelii negotium promoveatur, quodque res hostium in diversum sint mutatae: **443** hunc ad modum et ego recreer et consolationem accipiam, ubi res vestras a Timotheo mihi exacte nuntiandas agnovero.

VERS. 20. *Neminem enim habeo tam unanimem, qui sincera affectione pro vobis sollicitus sit.* Potuissem, inquit, alium etiam quempiam mittere, sed nemo est pari mecum animo præditus, ut iste, hoc est, qui æque vestri curam gerat atque ego, qui genuine, hoc est, paterne res vestras curaturus sit. Observa hic sollicitudinem ejus: quando ipsi proficisci non esset integrum, alios mittebat, ut nullo tempore discipuli torpeant.

VERS. 21. *Omnes enim quæ sua sunt quærunt, non quæ sunt Jesu Christi.* Hoc est, propriam quietem, et ut sint in tuto: nemo enim facile velit professionem tantam suscipere. Hæc autem dicit, simul Timotheum commendans, simul et auditores erudiens, ne quærant sibi quietem: nam qui hanc inquirat, quæ Christi sunt non quærat. Proh dolor! quanto a Christo distamus intervallo!

VERS. 22. *Probationem autem ejus cognoscite, quia tanquam patri filius, mecum servivit in Evangelio.* Vos, inquit, testes estis, quod veluti patri filius inservierit, non ad corporis tantummodo ministerium, sed, quod inulto præclarior majusque est, ad Evangelii prædicationem. Itaque sive tanquam filius meus honore est dignandus, sive tanquam Dei minister, multo magis est honore afficiendus. Commendat autem per hæc ipsis Timotheum, non tantum illi gratificatus, quantum ipsis. Nam si ipsi tanquam auctoritatem habenti animum adverterint, omnino per verbum ejus juvabuntur, ac majorem habituri sunt mercedem.

VERS. 23. *Hunc igitur spero me missurum, mox ut videro quæ circa me sunt.* Cum videro qualem sint habituræ sine res meæ, εξ'αὐτῆς, id est, statim, mittam hunc.

VERS. 24. *Confido autem in Domino, quod et ipse cito veniam ad vos.* Non tanquam omnino recusarium venire ipse ad vos, Timotheum mitto: verum ut, quod dixi, interea temporis animo recreer, si didicero qualem successum res vestræ nanciscantur. Observa autem hic, quomodo suam etiam ad eos professionem a Deo pendere affirmet, *Confido*, dicens, *in Domino*, hoc est, si Deus voluerit.

VERS. 25. *Necessarium autem existimavi, Ephraoditum fratrem et cooperatorem et commilitonem*

Ἐλπίζω δὲ ἐν Κυρίῳ Ἰησοῦ, Τιμόθεον ταχέως πέμψαι ὑμῖν, ἵνα καὶ ἡ ἐν ψυχῶν, ἡ γὰρ ἐὰν ἐπιθυμῶν ὅλων. Ὅσπερ πάντα, οὕτω καὶ τὴν Τιμοθέου ἀποστολὴν ἐν Χριστῷ ἀνατίθῃσι. Πέποιθα γάρ, φησὶν, ὅτι ἐκεῖνος ἐξευμαρίσει τοῦτο, ἵνα ὡσπερ ὑμεῖς εὐψυχεῖτε, μαθόντες διὰ τῆς Ἐπιστολῆς μου ταύτης τὰ κατ' ἐμὲ, ὅτι εἰς προκοπὴν ἤλαβε τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ ὅτι τὰ τῶν ἐχθρῶν εἰς τούναντιον περιετραπήσαν· οὕτως καὶ ἡ ἐν ψυχῶν καὶ παραμυθεῖμαι, γνοὺς τὰ καθ' ὑμᾶς παρὰ τοῦ Τιμοθέου ἀκριβῶς μοι ἀπαγγελησόμενα.

Οὐδένα γὰρ ἔχω ἐν ψυχῶν, ὅστις γνησίως ἐὰν ἐπιθυμῶν μεριμνήσει. Ἦδυνάμην, φησὶ, καὶ ἄλλον πέμψαι, ἀλλ' οὐδεὶς οὕτως ἐν ψυχῶν μοι ὡς οὗτος· τοῦτέστι, κηδόμενος τῶν ὑμετέρων ὁμοίως ἐμοί, ὅστις γνησίως, τοῦτέστι, πατρικῶς τὰ ἐπὶ ὑμῶν μεριμνήσει. Ὅρα δὲ κηδεμονίαν· ὅτι μὴ αὐτὸς ἐπιδημεῖν ἡὺκαίρει, ἄλλους ἐπεμψεν, ἵνα μηδένα καιρὸν βραθυμῶσιν οἱ μαθητευόμενοι.

Οἱ πάντες γὰρ τὰ ἑαυτῶν ζητοῦσιν, οὐ τὰ Χριστοῦ Ἰησοῦ. Τοῦτέστι, τὴν οἰκείαν ἀνάπαυσιν, καὶ τὸ ἐν ἀσφαλείᾳ εἶναι· οὐδεὶς γὰρ εὐκόλως ἔλαττο ὀδοπρίαν τοσαύτην ἀναδέξασθαι. Ταῦτα δὲ λέγει, καὶ Τιμόθεον μὲν ἐγκωμιάζων, παιδεύων δὲ καὶ τοὺς ἀκούοντας μὴ ζητεῖν ἀνεσιν. Ὁ γὰρ ταύτην ζητῶν, οὐ τὰ τοῦ Χριστοῦ ζητεῖ. Βαβαί, πόσον ἀπέχουεν Χριστοῦ!

Τὴν δὲ δοκιμὴν αὐτοῦ γινώσκετε, ὅτι ὡς πατρὶ τέκνον, ὅν ἐμοὶ ἐδούλευσεν εἰς τὸ Εὐαγγέλιον. Ὑμεῖς, φησὶ, μάρτυρες ἐστέ ὡς πατρὶ τέκνον ἐδούλευσεν, οὐκ εἰς σωματικὴν μόνον ὑπουργίαν, ἀλλ' ὁ πολλῶν μεζόν, εἰς τὸ κήρυγμα. Ὅστε, εἴτε ὡς υἱὸς ἐμὸς, τιμῆς ἀξιώτεος· εἴτε ὡς Θεοῦ λειτουργὸς, πολλῶν μᾶλλον. Συνιστᾷ δὲ διὰ τούτων αὐτοῖς τὸν Τιμόθεον, οὐ τοσοῦτον ἐκείνῳ χαριζόμενος, ὅσον αὐτοῖς. Εἰ γὰρ ὡς ἀξιολόγῳ αὐτῷ προσέξουσιν, αὐτοὶ πάντως διὰ τοῦ λόγου αὐτοῦ ὠφελήθησονται, καὶ κλειῶ μισθὸν ἔξουσιν.

Τοῦτον μὲν ὄν ἐλπίζω πέμψαι, ὡς ἐν ἀπίθωτᾳ ἐπὶ ἐμῆ, ἐξ αὐτῆς. Ὅταν ἴδω, ποῖον ἔξει τέλος τὰ κατ' ἐμὲ, ἐξ αὐτῆς, τοῦτέστιν, εὐθέως πέμψω τοῦτον:

Πέποιθα δὲ ἐν Κυρίῳ, ὅτι καὶ αὐτὸς ταχέως ἐλεύσεται πρὸς ὑμᾶς. Οὐχ ὡς ἀπειπάμενος πάντη τὴν πρὸς ὑμᾶς ἀφίξιν, διὰ τοῦτο τὸν Τιμόθεον πέμψω, ἀλλ' ἵνα, ὅπερ ἔφη, ἐν τῷ μεταξύ εὐθυμῶ, μαθὼν τὰ καθ' ὑμᾶς. Ὅρα δὲ, πῶς καὶ τὴν πρὸς αὐτοῦς ἔλευσιν, τοῦ Θεοῦ ἐξαρτᾷ, Πέποιθα, λέγων, ἐν Κυρίῳ· τοῦτέστιν, ἐὰν ὁ Θεὸς βούληται.

Ἀναγκαῖον δὲ ἡγησάμην Ἐπαφρόδιτον τὸν ἀδελφόν καὶ συνεργόν καὶ συστρατιώτην μου. Μετὰ

Variae lectiones.

¹⁸ ἀνατίθῃσι ο. ¹⁹ τοιαύτην ο. ²⁰ ἀξιολογώτερον ο.

ἐπιάνων καὶ τοῦτον ἀποστέλλει, ὡς τὸν Τιμόθεον, διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν, ἣν ἀνωτέρω εἰρήκαμεν. Τοῦ συνεργοῦ δὲ μεζῶν ὁ συστρατιώτης. Συνεργεῖ μὲν γάρ τις καὶ ἐν ἀκινδύνοις πράγμασιν· ὁ δὲ συστρατιώτης, πάντως ἐν κινδύνοις.

Ἵμων δὲ ἀπόστολον καὶ λειτουργὸν ἡ τῆς χρείας μου πέμψαι πρὸς ὑμᾶς. Τουτέστι, τὸν παρ' ὑμῶν ἀποσταλέντα πρὸς με, ὑμῖν χαρίζομαι· δι' αὐτοῦ γὰρ ἦσαν στείλαντες αὐτῷ τὰ πρὸς χρείαν. Ἡ, Ἵμων ἀπόστολον, τὸν διδάσκαλον ὑμῶν, φησὶν.

Ἐπειδὴ ἐπιποθῶν ἦν πάντας ὑμᾶς ἰδεῖν, καὶ ἀδημονῶν διότι ἠκούσατε ὅτι ἠσθένησε. Καὶ γὰρ ἠσθένησε παραπλήσιον θανάτῳ. Εἰδὼς, φησὶν, ὅτι ἀγαπᾶτε αὐτὸν, καὶ ὅτι ἐλυπήθητε ἐπὶ τῇ ἀβήρωστίᾳ αὐτοῦ, ἐπιποθεῖ ἰδεῖν ὑμᾶς, ἵνα τῆς λύπης ὑμᾶς ἀπαλλάξῃ, ἣν ἔχετε ἐπὶ τῇ ἀσθενείᾳ αὐτοῦ. Καὶ ἄλλο δὲ τι κατασκευάζει ἐνταῦθα. Ἀπολογεῖται αὐτοῖς ἐφ' ᾧ διὰ χρόνου πέμπει πρὸς αὐτοὺς, μονοουχὶ λέγων· Οὐ κατὰ βῆρυμίαν τοῦτο γέγονεν, ἀλλὰ τὸν μὲν Τιμόθεον ὡς ἰσθύνχον κατέχω παρ' ἐμαυτῶ· ὁ δὲ Ἐπαφρόδιτος ἠσθένησε, καὶ διὰ τοῦτο πρὸ καιροῦ οὐκ ἤλθεν, ἐπεὶ ἡ μακρὰ ἢ ἀβήρωστίᾳ αὐτοῦ· παραπλήσιᾳ γὰρ θανάτῳ.

Ἄλλ' ὁ Θεὸς αὐτὸν ἠλέησε. Τί λέγετε, ὦ Μανιχαῖτε; Εἰ πονηρὸς ὁ κόσμος, καὶ ἡ ἐν τούτῳ ζωὴ, πῶς νῦν ὁ Ἀπόστολος ἔλεον Θεοῦ καλεῖ, τὸ ἐαθῆναι τὸν Ἐπαφρόδιτον ἐν τῇ ζωῇ; Ἀλλὰ τοῖς μὲν αἰρετικοῖς οὐδαὶς πρὸς τοῦτο λόγος· ζητήσεται δ' ἂν καὶ Χριστιανοί· Εἰ καλὸν τὸ ἀναλῦσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι, τίος ἔνεκεν ἔλεον φησὶ τοῦ Θεοῦ τὴν ἐνταῦθα εἶναι ζωὴν; Ἡ τοίνυν διότι καὶ ὁ Ἐπαφρόδιτος διδάσκαλος ὢν, ἐμελλε πλειόνας ψυχὰς προσαγαγεῖν ἐπὶ Θεῷ ἐπιζήσας (ὅπερ ἀναγκασιώτερον ἐστὶ τοῦ ἀναλῦσαι, ὡς ἀνωτέρω εἰρηται)· ἢ πολλὰ καὶ κατὰ τὴν κοινὴν συνήθειαν τῶν ἀκουόντων ὁ Παῦλος φθέγγεται, καὶ σὺ πανταχοῦ φιλοσοφεῖ· Πρὸς γὰρ ἀνθρώπους βιωτικούς ἦν αὐτῷ ὁ λόγος, εἶτι δεδοικότες τὸν θάνατον. Ἄλλως τε, καὶ καλὸν ἡ παρούσα ζωὴ αὐτῆ καθ' ἑαυτὴν· ἐπεὶ διὰ τί ἐν τάξει κολάσεως τίθηται τοὺς ἀώρους θανάτους; Διὰ τοῦτο γὰρ, φησὶν, ἀσθενεῖς ἐν ὑμῖν, καὶ κοιμῶνται ἱκανοί. Ἡ γὰρ μέλλουσα ζωὴ οὐχὶ πονηροῦ κρείττων (ἐπεὶ οὐκ ἀγαθὴ), ἀλλὰ καλοῦ καλλίων.

Οὐκ αὐτὸν δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐμέ. Ὁρᾷ, πῶς καὶ ἀπὸ τούτου αἰδέσιμον ποιεῖ τὸν Ἐπαφρόδιτον; εἰ γε τὴν ἐκαίνο ἐκ τῆς ἀβήρωστίᾳ ἀνακομιδῆν, εὐεργεσίαν ἐκ Θεοῦ οἰκίαν καὶ ἔλεον τίθεται.

Ἴνα μὴ λύπη ἐπὶ λύπῃ σχῶ. Τουτέστιν, Ἴνα μὴ σὺν τῇ λύπῃ τῇ ἐκ τῆς ἀβήρωστίᾳ αὐτοῦ ἐπι-

¹ I Cor. xi, 30.

Variae lectiones.

¹ συνεργὸν ο. ² ἐπειδὴ ο. ³ προσεγγεῖν ο. ⁴ αἰδῶ ο.

A meum. Non sine laude hunc etiam mittit, perinde ac Timotheum, ob eandem causam quam supra diximus. Cooperatore autem commilito major est. Cooperatur enim aliquis in ~~rebus~~ rebus etiam quæ periculo carent: commilito autem omnino in periculis.

Vestrum autem apostolum et ministrum necessitatis meae mittere ad vos. Hoc est, eum qui a vobis ad me missus est, dono vobis: per ipsum enim ei miserant quæ ad ipsius usum et necessitatem pertinerent. Vel, Vestrum apostolum, præceptorem ceu doctorem vestrum dicit.

VERS. 26, 27. Quandoquidem desiderabat omnes vos videre, ac mæstus erat propterea quod audieratis illum infirmatum. Nam et infirmatus est usque ad mortem. Compertum habens, inquit, quod diligatis ipsum, et quod contristati estis super ægrotatione ejus, desiderat videre vos, ut a tristitia vos liberaret, quam habetis propter infirmitatem ejus. Aliud autem hic etiam efficit: nam rationem reddit eis, quare serius ipsum ad eos mittat, tantum non ita dicens: Non per socordiam hoc factum est, verum Timotheum quidem, ceu ejusdem mecum animi, apud me detineo: Epaphroditus autem ægrotavit, ac propterea non venit citius, quandoquidem diuturna, et morti admodum vicina ejus ægrotudo fuerit.

Sed Deus ipsius misertus est. Quid dicis, o Manichæe? Si mundus pravus est, et vita quam in illo vivimus, quomodo nunc Apostolus vocat misericordiam Dei, quod Epaphroditum vivere permiserit? Verum hæreticis nihil est quod ad istud respondeant; Christiani autem hic querere queant: Si bonum sit dissolvi, et cum Christo esse, cujus gratia misericordiam Dei dicat esse præsentem vitam? Vel quia Epaphroditus, qui doctor erat plures animas ad Deum adducturus erat, si viveret: quod magis necessarium quam dissolvi, ut supra commemoratum est. Vel multa etiam juxta communem auditorum consuetudinem Paulus loquitur, et non ubique philosophatur: hominibus enim in sæculo agentibus verba facit, qui mortem adhuc metuebant. Præterea, vita præsens ipsa per se res bona est: alioqui cur pænæ loco immaturas mortes ponit? Ideo inter vos, inquit, multi infirmi et imbecilles, et dormiunt multi. Futura enim vita, non est prava melior, sic enim haud bona esset, verum est bona melior.

Non solum autem ejus, verum etiam mei. Animadvertis quo pacto et hinc Epaphroditum honorabilem reddit? Siquidem illius ab ægrotitudine revalescentiam, beneficium Dei peculiare, et misericordiam ponit.

Ne tristitiam super tristitia haberem. Hoc est, ne ad tristitiam quæ mihi ex infirmitate ipsius sub-

nata est, aliam tristitiam habeam, ex eo quod ipse moriatur.

445 VERS. 28. *Festinantius autem misi ipsum, ut viso eo gaudeatis. Hoc est, Sine dilatione ipsum misi, ut videntes ipsum a mœrore quem ex ejus ægritudine conceperatis, liberati sitis, vel potius ut gaudeatis.*

Et ego minus tristitiæ habeam. Quomodo ero minus tristis? Quoniam si vos gaudeatis, et ego gaudeo. Nec dixit, Ut sine tristitia sim; sed, Minus tristitiæ habeam: Innuens quod animus ejus nullo unquam tempore sine tristitia fuerit. Quis enim, ait, infirmatur, et ego non infirmor?!

VERS. 29. *Excipite ergo ipsum in Domino cum omni gaudio. Hoc est, susceptione quæ est secundum Deum, quemadmodum Deo acceptum est et gratum, vel ut decet sanctos. Hæc autem propter ipsos Philippenses Paulus facit: majus enim lucrum est ei qui beneficium dat, quam qui accipit.*

Et hujusmodi in honore habetote. Ne videatur ipsi soli gratificari, adhortatur in communi, ut omnibus qui eadem sint cum Ephrodito virtute præditi honorem impertiant.

VERS. 30. *Quoniam propter opus Christi, usque ad mortem accessit, απίπνευε παύτου συνέλαβε. Ephroditum miserunt ad Paulum Philippenses, ut perferret ad eum necessaria quibus haberet opus. Reperit igitur Paulum Romæ in periculis, quando periculosus erat alicui ad illum accedere, infenso videlicet erga ipsum imperatore. Tum igitur ille, C omni periculo posthabito, ministravit Paulo. Hoc igitur nunc dicit. Animadvertite autem: non dixit, Propter me; sed, Propter opus Dei parum consuluit, hoc est, seipsum injecit morti. Quid enim si, Deo ita dispensante, mortuus non est? Ille tamen promptam voluntatem declaravit. Quocirca et nos, si quando viderimus sanctos periculis immersos, pericula negligamus. Hæc enim demum est securitas, in hujusmodi rebus in pericula nos conjicere*

Ut impletet id quod ex vobis deerat, in vestro erga me ministerio. Vos, inquit, non fuistis Romæ, ut mihi corporaliter ministraretis, etsi necessaria mihi transmiseritis. Hoc igitur quod vobis defuit, nimirum, quod corpore manumque mihi non ministraveritis, ipse complevit, omnium vestrum loco mihi inserviens. Quare dignus fuerit cui plurimum benevolentiam ostendatis, eo quod ipse solus quæ omnium vestrum erant, attulerit. Expende autem, quomodo rem ipsam, ministerium ac defectum vocet, ut ostendat necessitatem et debitum esse quoddam, ut ii qui in tranquillitate sunt, periclitantibus opulentur: et qui hoc non fecerit, is officium deserit,

i I Cor. xi, 29.

Varie lectiones.

²⁵ αὐτοῦ ο. ²⁶ τὴν ψυχὴν ο. ²⁷ κατὰ τὴν Ῥώμην ο. ²⁸ τῶν χειρῶν ο. ²⁹ πάντα ο. ¹ λειτουργίας διατεργῶν ο.

γενόμενή μοι, καὶ ἑτέραν λύπην σχῶ, τὴν ἐκ τοῦ ἀποθανεῖν αὐτόν

Σπουδαιότερως δὲ ἐπεμψα αὐτόν, ἵνα ἰδόντες αὐτὸν χαρῆτε. Τουτέστιν, Ἄνυπερθέτως ἐπεμψα, ἵνα τῆς ἐπ' αὐτῷ ἀδημονίας ἀπαλλαγῆτε ἐκ τοῦ ἰδεῖν αὐτόν, μᾶλλον δὲ χαρῆτε.

Κἀγὼ ἀλυπότερος ὦ. Πῶς ἀλυπότερος ὦ; Ὅτι ἐὰν ὑμεῖς χαρῆτε, κἀγὼ χαίρω. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἄλυπος, ἀλλ', Ἄλυπότερος, δεικνύς ὅτι ἡ ψυχὴ αὐτοῦ οὐδέποτε λύπης ἦν ἐκτός. Τίς γάρ, φησὶν, ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ;

Προσδέχσθε οὖν αὐτόν ἐν Κυρίῳ μετὰ πάσης χαρᾶς. Τουτέστιν, ἐν ὑποδοχῇ τῇ κατὰ Θεόν, ὡς ἀποδέχεται ὁ Θεός, ἦγουν ἀξίως τῶν ἁγίων. Ταῦτα δὲ ποιεῖ ὁ Παῦλος ὑπὲρ αὐτῶν τῶν Φιλιππησίων· μείζον γὰρ τὸ κέρδος τῷ ποιῶντι, ἢ τῷ πάσχοντι εὔ.

Καὶ τοὺς τοιοῦτους ἐπιμους ἔχετε. Ἴνα μὴ δόξῃ αὐτῷ μόνῳ χαρίζεσθαι, κοινῶς παραινεί πάντας τοὺς τὴν αὐτὴν ²⁵ ἀρετὴν ἐπιδεικνυμένους τιμᾶν.

Ὅτι διὰ τὸ ἔργον τοῦ Χριστοῦ μέχρι θανάτου ἠγγισε παραβουλεύσμενος ἐπ' ἡσυχῇ ²⁶. Τὸν Ἐφροδίτου ἐπεμψαν οἱ Φιλιππησίοι πρὸς Παῦλον, διακομίζοντα αὐτῷ τὰ πρὸς χρεῖαν. Εὔρεν οὖν ἐν κινδύνοις τὸν Παῦλον ἐν Ῥώμῃ ²⁷, ὅτε ἐπικινδύον ἦν τινα προσελθεῖν αὐτῷ, ὡς τοῦ βασιλέως ἀπεχθῶς πρὸς αὐτόν ἔχοντος. Τότε τοίνυν οὗτος πάντως κινδύνου καταφρονήσας, διηκόνησε τῷ Παύλῳ. Τοῦτο οὖν νῦν λέγει. Καὶ ὅρα· οὐκ εἶπε, Δι' ἐμὲ, ἀλλὰ, διὰ τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ παρεβουλεύσατο, τουτέστιν, ἐπέβριμψεν ἑαυτὸν τῷ θανάτῳ. Τί γάρ εἰ μὴ ἀπέθανε, τοῦ Θεοῦ οἰκονομήσαντος; Ἄλλ' αὐτός γε τὴν προαίρεσιν ἔδειξε. Καὶ ἡμεῖς οὖν, ὅταν ἴδωμεν ἁγίους ἐν κινδύνοις, παραβουλεύμεθα· τοῦτο γὰρ ἀσφάλεια, τὸ ἐν τοῖς τοιοῦτοις βίωσθαι κινδύνου.

Ἴνα ἀνακληρώσῃ τὸ ὑμῶν ὑστέρημα τῆς πρὸς με λειτουργίας. Ὑμεῖς, φησὶν, οὐ παρήτε ἐν Ῥώμῃ, ἵνα καὶ σωματικῶς μοι διακονήσητε, εἰ καὶ τὰ πρὸς χρεῖαν ἐπέμψατε. Τοῦτο οὖν, ὃ ὑστερήσατε ὑμεῖς, τὴν διὰ τῆς χειρὸς ²⁸ καὶ τοῦ σώματος λειτουργίαν, αὐτὸς ἀνεπλήρωσεν, ἀντὶ πάντων ὑμῶν διακονήσας μοι. Ὅστε δίκαιος ἂν εἴη καὶ πολλῆς παρ' ὑμῖν εὐνοίας ἀπολαῦσαι, ὡς τὰ πάντων ²⁹ ὑμῶν μόνος αὐτὸς εἰσενεγκῶν. Ὅρα δὲ, πῶς λειτουργίαν τὸ πρᾶγμα καλεῖ καὶ ὑστέρημα, ἵνα δεῖξῃ ὅτι ὀφειλὴ ἐστὶ καὶ χρέος, τὸ τοὺς ἐν ἀνάσει ὄντας βοηθεῖν τοῖς κινδυνεύουσι, καὶ ὃ μὴ ποιῶν τοῦτο, ὑστερεῖ, ὡς ὃ τὰ δημοσιὰ λειτουργήματα μὴ πληρῶν ¹. Ἴνα οὖν μὴ

νομίζαντες μέγα τι ποιῆσαι, ὑψηλοφρονήσωσι καὶ ἀπολέσωσι τὸν μισθὸν, οὕτω τοῦτο ὠνόμασε, μετριοφρονεῖν αὐτοὺς παρασκευάζων, ὡς χρέος ἀποδόντας.

ΚΕΦΑΛ. Γ.

Τὸ λοιπὸν, ἀδελφοί μου, χαίρετε ἐν Κυρίῳ. Ἐπειδὴ ἦσαν μὲν ἐν ἀθυμίᾳ διὰ τὸ μὴ γινώσκειν πῶς τὰ κατὰ τὸν Παῦλον, πῶς τὸ κήρυγμα, πῶς τῷ Ἐπαφροδίτῳ τὰ τῆς νόσου, ἔλυσε δὲ ταῦτα πάντα εἰπὼν, ὅτι καὶ τὸ εὐαγγέλιον ἐπιδίδωσι, κἀγὼ ἔρχομαι, καὶ ὁ Ἐπαφρόδιτος ἐπεστάλη [/. ἀπ.], φησί· Τὸ λοιπὸν χαίρετε. Οὐδεμίᾳ γὰρ ἔτι πρόφασις τοῦ μὴ χαίρειν. Τοῦς μὲν οὖν Γαλάτας τέχνα καλεῖ, ἐπειδὴ διορθώσεως ἐδέοντο· τοῦτους δὲ ἀδελφούς, ἐπειδὴ μετὰ τιμῆς αὐτοῖς διαλέγεται. Καλῶς δὲ εἶπεν· Ἐν Κυρίῳ. Τὸ γὰρ κατὰ κόσμον χαίρειν, οὐκ ἔστι χαίρειν· ἀλλ' ἐν Κυρίῳ, καὶ αἱ θλίψεις χαρὰν ἔχουσιν. Ἡ, ὅτι Ἐπειδὴ ὁ Κύριος ῥῆμα τὰ πράγματα ἐποίησε, χαίρετε.

Τὰ αὐτὰ γράφειν ὑμῖν, ἐμοὶ μὲν οὐκ ὀκνηρὸν, ὑμῖν δὲ ἀσφελές. Μετὰ τὸ πολλὰ αὐτοὺς ἐπαινέσαι, τότε τὴν παραίνεσιν εἰσάγει, ἵνα μὴ ἐξ ἀρχῆς φορτικὸς δόξῃ.

Βλέπετε τοὺς κύνας. Ἦσαν γάρ τινες Ἰουδαῖοι, οἱ ὑποκρινόμενοι Χριστιανισμὸν, καὶ κηρύττοντες ὄθην τὸ εὐαγγέλιον, παρεμίγνουν καὶ τὰ Ἰουδαϊκά. Ἐπεὶ οὖν δυσδιάγνωστοί ἦσαν, διὰ τοῦτό φησι· Βλέπετε, τηρεῖτε, προσέχετε, μὴ λάθωσι. Κύνες δὲ πρότερον μὲν ἐκαλοῦντο οἱ ἔθνικοι, νῦν δὲ οἱ Ἰουδαῖοι, ὡς Ἰταμοὶ² καὶ πρὸς τὸ φῶς τῆς ἀληθείας ἀναισχυνοῦντες, καὶ κατὰ πάντων ὀλακτοῦντες.

Βλέπετε τοὺς κακοὺς ἐργάτας. Ἐνταῦθα καὶ τῆς τῶν κυνῶν προσηγορίας ἀποστρεφί αὐτούς. Κύνες μὲν γὰρ πολλοὶ καὶ ἐπιτραπέζιοι, φησὶν, εἰσι, καὶ τὰς τῶν δεσποτῶν³ οἰκίας φρουροῦσιν· οὗτοι δὲ ἐργάζονται μὲν, ἀλλ' ἐπὶ κακῷ, καὶ ἀργίας πολλῷ χείρονα, ἀνασπῶντες τὰ καλῶς φυτευθέντα.

Βλέπετε τὴν κατατομήν. Τουτέστι, τοὺς περιτομὴν ἔχοντας. Μέγα δὲ καὶ τίμιον ἦν τότε⁴ παρὰ Ἰουδαίους ἡ περιτομή, ὅπου γε καὶ τὸ Σάββατον διὰ ταύτην ἐλύετο. Ἐπεὶ οὖν νῦν ἤργησεν, οὐδὲν ἄλλο ἢ κατατομή ἐστίν. Ἐπεὶ γὰρ οὐκ ἔστι νόμιμον τὸ γενομένον, τὴν σάρκα μόνον κατατέμνουσιν. Ἡ, διότι τὴν Ἐκκλησίαν ἐπειρῶντο διατέμνειν⁵.

Ἡμεῖς γὰρ ἐσμεν ἡ περιτομή, οἱ πνεύματι Θεῷ λατρεύοντες. Εἰ δεῖ, φησί, ζητεῖν περιτομήν, καρ' ἡμῖν ταύτην εὐρήσετε τοῖς πνευματικῶς, τουτέστι, τοῖς διὰ ψυχῆς καὶ νοῦς λατρεύουσιν. Ὁ γὰρ τὴν ψυχὴν περιτμηθεὶς, καὶ διὰ ταύτης δουλεύων τῷ Θεῷ, οὗτος τὴν εὐγενῆ περιτομήν ἔχει, ὅση καὶ ψυχὴ κρείττων σώματος. Οὐκ εἶπε δὲ, Ἐν ἡμῖν γὰρ ἐστὶν ἡ περιτομή, ἀλλ', Ἡμεῖς ἐσμεν.

Variæ lectiones.

² ὡς ἀπηνεῖς ὄντες ἢ. ³ δεσποτικὰς ο. ⁴ ποτε ο. ⁵ κατατέμνειν ο.

A perinde ac qui publica ministeria et officia non complet. Ne igitur 446 existimantes se magni quippiam fecisse, magnifice de se sentiant, ac mercedem suam perdant, hoc nomine rem istam appellavit, faciens hoc pacto eos moderate sapere, quippe qui reddiderint quod debebant.

CAPUT III.

VERS. 1. Quod reliquum est, fratres mei, gaudete in Domino. Quandoquidem in mœrore erant, quod ignorarent quomodo res Pauli se haberent, quomodo verbi prædicatio succederet, quomodo denique Epaphroditus valeret, hæc autem omnia solverat, inquiring, Evangelium crescit, et ego ad vos veniam, Epaphroditusque jam emandatus est, Quod reliquum est, inquit, gaudete: nulla enim jam subest ratio, cur non gaudere debeatis. Galatas igitur filios quidem vocat, quia correctione et emendatione indigebant: hos vero fratres nominat: nam honorifice cum illis loquitur. Pulchre autem dixit, In Domino: lætari, enim secundum mundum, non est lætari, sed in Domino ipsæ etiam afflictiones gaudium habent. Vel: Quia Dominus res nostras faciles reddidit, lætamini.

Eadem scribere vobis, mihi quidem non est pigrum, vobis autem tutum. Cum multis eos nominibus prædicasset, inducit tandem adhortationem, ne statim in principio onerosus videatur.

VERS. 2. Videte canes. Erant enim nonnulli Judæi, qui simulantes Christianismum ac Evangelium promulgantes, simul Judaica admiscebant. Quia vero non facile internosci poterant, propterea dicit, Videte, observate, attendite, ne lateant. Canes autem antea appellabantur ethnici, nunc vero Judæi, tanquam impudentes, et ad lumen veritatis impudenter sese gerentes ac omnibus allatantes.

Videte malos operarios. Hic canum etiam appellatione eos privat. Canes enim multi etiam mensæ sunt vicini, atque domos heriles custodiunt. Hi vero operantur quidem, sed ad malum, et quæ longe sunt otio deteriora, evellentes quæ probe sunt plantata.

Videte concisionem. Hoc est, circumcisionem habentes. Magna autem quondam et pretiosa res erat apud Judæos circumcisio, siquidem vel Sabbatum propter eam solveretur. At postquam nunc irrita facta est, nihil aliud est atque concisio. Quoniam enim non sit porro legitimum quod sit, carnem tantummodo concidunt. Vel quia Ecclesiam discindere conabantur.

VERS. 3. Nos enim sumus circumcisio, qui Spiritu Deo servimus. Si querenda est, inquit, circumcisio, apud nos eam invenietis, 447 qui spiritualiter, hoc est, anima et mente servimus. Qui enim anima circumciscus est et per eam Deo inservit, is ingenue circumcisionem habet, quanto videlicet anima est corpore præstantior. Non autem dixit, In nobis est circumcisio, verum, Nos sumus. Istud enim

vere est homo, circumciso virtutibus prædita. Rursum, non dixit, In illis est concisio, sed, Ipsa sunt perditio et malitia.

Et gloriamur in Christo Jesu, et non in carne confidentes. Utrum igitur melius est? in Christo gloriari corda nostra circumcidenti, et ad filiorum Dei ingenuitatem perducenti per baptismum; an in carne gloriari, hoc est, in carnali circumcissione superbire, tanquam Abrahami filii sint?

VERS. 4. *Quoniam et ego confidentiam habeam in carne.* Si ex gentibus essem, inquit, posset aliquis dicere, quod propterea accusem circumcissionem, quia Judæismi nobilitate orbatus sum: nunc vero et ego, inquit, istam habeo, quam vos dicitis, confidentiam et gloriationem in circumcissione carnali. **B** Planum est igitur, quod non propterea quod orbatus sim ea quæ vobis videtur, ingenuitate vestra, sed propter ipsam veritatem condemno circumcissionem.

Si quis alius videtur confidere in carne, ego magis. Animadvertite ejus sapientiam: nullius nominatim meminit, minus invisum sermonem faciens; sed per hoc quod ait, *Si quis videtur alius*, indicat quod alii adegerint ipsum venire ad sermones hos. Pulchre autem dixit, *Videtur*: vel quod tantam non habeant fiduciam, quantam ipse: vel quod fiducia, quæ est in circumcissione, non sit vera, sed videatur tantum.

VERS. 5. *Circumcisis octavo die.* In quo potissimum gloriabantur, hoc primo loco posuit, circumcissionem nimirum. Per hoc autem quod ait, *Octavo die*, ostendit se non fuisse proselytum.

Ex genere Israel. Hoc est, non ex parentibus proselytis, verum ex ipsis Israelitis.

Ex tribu Benjamin. Hoc est, ex parte probatiore. Nam res sacerdotum in sorte hujus tribus fuerunt.

Hebræus ex Hebræis. Quod ad majores meos attingit, ex probatis sum Judæis, inquit. Poterat enim aliquis esse ex genere Israelis, qui non esset Hebræus ex Hebræis. Multi enim rem hanc corruperant, ipsius etiam Hebrææ linguæ ignari, eo quod inter gentes dispersi erant, non exacte tenebant Scripturas. Ego igitur, inquit, Hebræus sum, hoc est, Servo characterem. Vel insignem per hæc ingenuitatem indicat.

Secundum legem Pharisæus. Quia **448** quæ prædixerat voluntaria non erant, nimirum circumcidi, ex genere Israelis esse, idque genus alia: nunc subdit voluntatis et propositi sui opera, inquiens, *Secundum legem Pharisæus*, hoc est, juxta legis institutionem. Probatissima enim secta apud Judæos Pharisæi erant.

VERS. 6. *Secundum æmulationem persequens Ecclesiam.* Quia Pharisæorum aliquot æmulatione vacabant, *Æmulationem*, inquit, habebam, eamque tantam, ut Christi discipulos persequerer.

A Τοῦτο γὰρ ἐστὶν ἀληθῶς ἀνθρώπος. ἡ περιτομὴ ἡ ἐνάρετος. Καὶ πάλιν, οὐκ εἶπεν, Ἐν ἐκείνοις ἡ κατατομὴ, ἀλλ', Αὐτόχρημά εἰσιν ἀπώλειτ καὶ κακία.

Καὶ ναυχόμενοι ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, οὐκ ἐν σαρκὶ πεποιθότες. Ποῖον οὖν βέλτιον; ἐν Χριστῷ ναυχᾶσθαι τῷ περιτέμνοντι τὰς καρδίας ἡμῶν, καὶ εἰς τὴν εὐγένειαν τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ ἀνάγοντι διὰ τοῦ λουτροῦ· ἢ ἐν σαρκὶ ναυχᾶσθαι, τοῦτέστιν, ἐν τῇ σαρκικῇ περιτομῇ μεγαλοφρονεῖν, ὡς Ἀβραὰμ υἱοῦς ὄντας;

Καίπερ ἐγὼ ἔχωρ πεποιθῆσιν καὶ ἐν σαρκί. Εἰ ἐξ ἔθνῶν, φησὶν, ἐγενόμην, εἶχεν ἂν τις λέγειν, ὅτι διὰ τοῦτο κατηγορῶ ἡ τῆς περιτομῆς, ἅτε ἀπεστερημένος· ἡ τῆς εὐγενείας τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ· οὐδὲ καὶ αὐτὸς, φησὶν, ἔχω ταύτην, ἢν φασὶ ὑμεῖς, πεποιθῆσιν καὶ καύχησιν, τὴν ἐπὶ τῇ σαρκικῇ περιτομῇ. Δῆλον οὖν, ὅτι οὐχ ὡς ἀπεστερημένος τῆς δοκούσης εὐγενείας ὑμῶν, ἀλλὰ δι' αὐτὴν τὴν ἀληθεῖαν καταγνώσκω τῆς περιτομῆς.

Εἰ τις δοκεῖ ἄλλος πεποιθέναι ἐν σαρκί, ἐγὼ μᾶλλον. Ὅρα σοφίαν· Οὐκ ὀνομαστὶ μέμνηται, ἀνεπαχθῆ τὸν λόγον ποιῶν· ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ εἰπεῖν, *Εἰ τις δοκεῖ ἄλλος*, δείκνυσιν ὅτι ἄλλοι ἠνάγκασαν αὐτὸν εἰθεῖν ἐπὶ τοῦς λόγους τοῦτους. Καλῶς δὲ εἶπε τὸ, *Δοκεῖ*· ἡ ὡς οὐκ ἔχόντων τοσαύτην πεποιθήσαν ὄσσην αὐτό· ἡ ὡς τῆς πεποιθήσεως τῆς ἐπὶ τῇ περιτομῇ, οὐκ ἀληθοῦς ὄσης, ἀλλὰ δοκούσης.

Περιτομὴ ὀκταήμερος. Ὁ μάλιστα ἠδύχουν, τὸ τῆς περιτομῆς, πρῶτον τέθεικε. Διὰ δὲ τοῦ εἰπεῖν, *Ὀκταήμερος*, ἐδήλωσεν ὅτι οὐ προσήλυτος ἦν.

Ἐκ γένους Ἰσραὴλ. Τοῦτέστιν, οὐδὲ προσηλύτων γόνεων, ἀλλὰ κακείνων Ἰσραηλιτῶν.

Φυλῆς Βενιαμίν. Τοῦτέστι, τοῦ δοκιμωτέρου μέρους· τὰ γὰρ τῶν ἱερέων, ἐν τῷ κλήρῳ ταύτης ἦν τῆς φυλῆς.

Ἐβραῖος ἐξ Ἑβραίων. Ἄνωθεν, φησὶ, τῶν εὐδοκίμων Ἰουδαίων εἰμί· ἐνῆν μὲν γὰρ ἐκ γένους εἶναι Ἰσραὴλ, ἀλλ' οὐχ Ἑβραίων ἐξ Ἑβραίων. Πολλοὶ γὰρ καὶ διεφθειραν τὸ πρᾶγμα· καὶ αὐτῆς τῆς Ἑβραϊδος γλώττης ὄντες ἀμύητοι, διὰ τὸ πρὸς ἔθνη κοῦς ἀναχυθῆναι, οὐκ ἠκριβοῦντο τὰς Γραφάς. Ἐγὼ οὖν, φησὶν, Ἑβραῖός εἰμι· τοῦτέστι, Σώζω τὸν χαρακτήρα. Ἡ τὴν πολλὴν εὐγένειαν διὰ τούτων δεικνυσι.

Κατὰ νόμον Φαρισαῖος. Ἐπειδὴ δὲ προεῖπεν ἀπροαίρετα ἦν, τὸ περιτεμηθῆναι, τὸ ἐκ γένους Ἰσραὴλ εἶναι, καὶ τὰ λοιπὰ· οὖν λέγει καὶ τὰ [εἰ] τῆς αὐτοῦ προαιρέσεως κατορθώματα, καὶ φησὶ· *Κατὰ νόμον Φαρισαῖος*, τοῦτέστιν, ἐν τῇ τοῦ νόμου μαθήσει. Ἡ γὰρ εὐδοκιμωτάτη αἵρεσις παρ' Ἰουδαίους οἱ Φαρισαῖοι ἦσαν.

Καὶ κατὰ ζῆλον διώκων τὴν Ἐκκλησίαν. Ἐπειδὴ καὶ Φαρισαῖοι ἦσαν, καὶ οὐ σφόδρα ζηλωταί, φησὶν, ὅτι Ἐγὼ ζῆλον εἶχον, καὶ τοσοῦτον, ὥστε διώκειν τοὺς τοῦ Χριστοῦ.

Variae lectiones.

* κατηγοροῦντές ἐσμεν ο. ἡ ἀπεθρίμμενος, καὶ ἀπεστερημένος ο. ἡ τῆς Ἰουδαϊκῆς ο. ἡ γένους ο.

Κατὰ δικαιοσύνην τὴν ἐν νόμῳ γενόμενος ἄμειπτος. Ἐπειδὴ πολλοὶ καὶ διὰ φιλαρχίαν ζηλοῦσι, καὶ δι' ἄλλας αἰτίας, καὶ οὐχὶ ὑπὲρ τοῦ νόμου, φησὶν, ὅτι ἄμειπτος ὢν κατὰ τὴν ἐν νόμῳ δικαιοσύνην, πῶς ἂν διὰ τι ἀνθρώπινον ἐδίωκον, καὶ οὐ κατὰ θεῖον ζῆλον;

Ἄλλ' ἄτινα ἦν μοι κέρδη, ταῦτα ἤγημαι διὰ τὸν Χριστὸν ζημίαν. Ἀλλὰ μενοῦνγε καὶ ἠγοῦμαι πάντα ζημίαν εἶναι διὰ τὸ ὑπερέχον τῆς γνώσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου μου. Ἐνταῦθα οἱ τὸν νόμον διαβάλλοντες αἰρετικοὶ ἐπιπηδῶντες, Ἰδοῦ, φασί, ζημίαν ὀνομάζει τὸν νόμον [καὶ σκύβαλα·] πῶς οὖν παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐδόθη; Πρῶτον μὲν οὖν εὐχαριστήσωμεν, ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἠκονόμησεν αὐτοὺς παραδέξασθαι τὰ ῥήματα, ὡς ὑπὲρ αὐτῶν ὄντα. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἦν, ἐξήλειψαν ἂν τὰ ῥητὰ ταῦτα, ὡσπερ καὶ ἄλλα πολλά. Ἐπειτα πρόσχευ· οὐκ εἶπεν ἀπλῶς, ὅτι Ζημία ἐστὶν ὁ νόμος, ἀλλ' ὅτι ἤγημαι αὐτὸν ζημίαν· φύσει μὲν γὰρ οὐκ ἐστὶ ζημία. Πῶς γὰρ, ὅς εἰς Χριστὸν ἄγει καλῶς νοοῦμενος; Ἐπεὶ δὲ ἐγὼ πρότερον κακῶς νοῶν αὐτὸν οὐ προσήειν Χριστῷ, εἶτα ὕστερον, ἐπιγνοῦς τὴν ἀλήθειαν, προσήλθον Χριστῷ, καὶ ἐδοξέ μοι γενέσθαι ζημία ὁ νόμος τὸν χρόνον ἐκείνον, καθ' ὃν κακῶς νοῶν αὐτὸν, οὐ προσήλθον Χριστῷ. Ἐπεὶ τῇ γε οἰκεῖ· φύσει ὁ νόμος κέρδος ἐστὶ. Καὶ ἄκουε· οὐκ εἶπεν, Ἄτινα ἠγοῦμαι κέρδη, ἀλλ', Ἄτινα ἦν. Ἀληθῶς γὰρ κέρδος ἐστὶν ὁ νόμος, θηριωδία; ἀπαλλάττων τοὺς ἀνθρώπους καὶ δεισιδαιμονίας, καὶ ὅσον κλίμαξ γενόμενος, καὶ ἀναγαγὼν ἡμᾶς ἐπὶ τὴν κατὰ Χριστὸν ζωὴν. Ὡσπερ οὖν ὁ διὰ κλίμακος ἀνελθὼν, οὐ διαπτύει τὴν κλίμακα, ἀλλὰ καὶ χάριν αὐτῇ οἶδεν· εἰ μὴ γὰρ αὕτη ἦν, οὐκ ἂν ἀνέβη· οὕτω καὶ ὁ νόμος κέρδος μὲν ἦν, νῦν δὲ ζημίαν αὐτὸν ἠγοῦμεθα, οὐχ ὅτι τοιοῦτός ἐστιν, ἀλλ' ἐπειδὴ μειζων ἢ χάρις. Ὡσπερ γὰρ ἀργυρίον τις κατέχων, ἐπειδὴν χρυσίον εὕρη, καὶ μὴ ἐξῆ ἀμφοτέρα κατασχέειν, ζημίαν ἠγείται τὸ κατέχειν ἐκεῖνο, καὶ λοιπὸν ἀφείς αὐτὸ, λαμβάνει τὸ χρυσίον· οὕτω καὶ ἐνταῦθα ζημία ὁ νόμος, ὅταν ἀπάγη Χριστοῦ· ἂν δὲ παραπέμπῃ, οὐκέτι. Οὐ μόνον οὖν, φησὶ, πάλαι ἤγημαι ζημίαν τὸν νόμον, ἀλλὰ καὶ νῦν ἠγοῦμαι. Διὰ τί; Διὰ τὸ ὑπερέχον τῆς χάριτος. Ὁρᾷς, ὅτι σύγκρισιν ποιεῖται; Ἡ δὲ σύγκρισις, ὁμογενῶν πραγμάτων· καὶ τὸ ὑπερέχον, ὁμογενοῦς ὑπερέχει. Ὡστε καὶ ὁ νόμος γνώσις, ἀλλ' ἐλάττων· ὡς καὶ ὁ λύχνος φῶς, ἀλλ' οὐχ ὅσον τὸ τοῦ ἡλίου, φῶς δὲ ὁμῶς.

Δι' ὃν τὰ πάντα ἐζημιώθη, καὶ ἠγοῦμαι σκύβαλα εἶναι, ἵνα Χριστὸν κερδήσω. Διὰ τὸν Χριστὸν, φησὶν, ἐζημιώθη· τουτέστι, Ζημίαν ἠγησάμην πάντα· ἢ ὅτι ἀπαβαλόμην. Ὁρᾷς, ὅτι οὐ φύσει Ζημία ὁ νόμος, ἀλλὰ διὰ τὸν Χριστὸν. Σκύβαλα δὲ, οὕτω μὲν ὄηλον εἰ τὸν νόμον ἠνώμασεν. Εἰκός γὰρ περὶ τῶν κοσμικῶν πραγμάτων λέγειν· οὕτω ¹⁰ γὰρ προεῖπε·

Variae lectiones.

¹⁰ τοῦτό ο. ¹¹ ἀλλ' ὅσον; ο. ¹² οὕτω ο.

Secundum justitiam quæ in lege est, conversatus sine querela. Quia plerique principatus causa et ob alias quasdam res æmulantur, et non propter legem, ait: Cum inculpatus essem in justitia legis, quomodo ob humanum aliquod, et non propter divinum zelum persecutus sum?

VERS. 7, 8. Sed quæ mihi lucra fuerunt, hæc arbitratus sum propter Christum damnum. Verumtamen existimo omnia damnum esse, propter excellentiam cognitionis Jesu Christi Domini mei. Hic hæretici qui legem calumniantur insurgentes dicunt, Ecce legem damnum vocat: quomodo igitur a Deo data est? Primum igitur gratias agamus quod Spiritus sanctus ita ordinavit, ut susciperent verba tanquam pro iis essent. Nisi enim providentia Dei accessisset, verba ista, ut alia pleraque, expungerent. Deinde observa: non dixit simpliciter legem esse damnum, sed, Arbitratus sum illam esse damnum: nam natura non est damnum. Quomodo enim, cum ad Christum ducat, si recte intelligatur? Nam antea ego perperam eam intelligens, non accedebam Christo: deinde vero veritatem agnoscens, ad Christum accessi, ac visa est lex mihi detrimentum per illud temporis, quo male illam intelligens ad Christum non accessi. Nam secundum propriam naturam lex est lucrum. Audi porro: non dixit, Quæ putabam esse lucra, sed, Quæ erant: revera enim lex est lucrum, a belluina natura et superstitione homines liberans, ac veluti scalarum loco facta, et ad vitam Christo dignam nos perducens. Ut igitur qui per scalas conscendit, non despuat gradus, sed gratiam potius illis habet (nisi enim istæ fuissent, non potuisset ascendere), hunc ad modum lex quidem lucrum erat, jam vero detrimentum et noxam eam esse censemus, non quod hujusmodi sit, sed quod major sit gratia. Quemadmodum enim aliquis argentum continens, ubi aurum invenerit, nec licet utraque obtinere, damnum censet retinere illud, ac deinceps relicto illo aurum accipit: hunc ad modum lex est damno, si a Christo abduxerit; si autem adduxerit, non porro. Non solum igitur, inquit, olim arbitratus sum legem esse damnum, verum etiamnum arbitror. Quam ob causam? Propter excellentiam gratiæ. Viden' quod comparisonem faciat? Comparatio autem rerum est ejusdem generis, et quod excellit, aliud ejusdem generis excellit. Proinde lex cognitio est, sed minor: perinde ac lucerna lumen est, sed non quale solis est, lumen tamen est.

Propter quem omnia pro damnis duxi, et arbitror esse rejectamenta, ut Christum lucrifaciam. Propter Christum, inquit, pro damnis duxi, hoc est, detrimentum esse putavi, vel omnia rejeci. Animadvertis quod lex non est natura detrimentum, sed Christi causa. Rejectamenta vero sive stercora num legem nominaverit, nondum liquet: nam verisimile est

Illum de mundanis rebus ac negotiis dicere. Ita enim supra dixit: *Propter quem omnia damno duxi*, res mundanas scilicet. Sin de lege dictum accipiamus, ne sic quidem injuriam patitur. Rejectamenta enim frumenti paleæ sunt, sive culmus: atqui culmus framenti conservativus est et firmamentum ejus, et nisi iste esset, frumentum non esset: attamen frumento apparente et selecto, inutilis deinceps est culmus. Hanc ad rationem lex est gratiæ confirmatrix ac testis: at vero simul atque illa illuxit, non est opus porro litteræ ejus assidere.

VERS. 9. *Ut et inveniar in ipso non habens meam justitiam quæ est ex lege, sed illam quæ ex fide est Christi, quæ ex Deo est justitia.* Ut non habeam meam justitiam, quæ est ex operibus legis, tanquam jam ea perfecim (neque enim justitia est ex operibus, quandoquidem hæc non perfecim), sed eam quæ est per fidem Christi, quæ est justitia ex Deo, hoc est, divinum donum, quæ gratia justificat credentes. *Si enim credideris in corde tuo, et ore fueris confessus, servaberis*^k. Divina autem dona longo intervallo exsuperant vilitatem operum humano studio et conatu peractorum, periade ac frumentum paleas excedit.

VERS. 10. *In fide, ut cognoscam eum, et potentiam resurrectionis ejus.* Per fidem igitur cognitio. Qualis enim ratiocinatio resurrectionem nobis probabit? Nulla, sed fides. Si autem resurrectio ex fide cognoscitur, quomodo quod majus est, nimirum natiuitas ejus, rationibus comprehenditur? At qua ratione id majus est? Quia resurrectionis multa sunt exempla: multi namque et ante Christum resurrexerunt: ex virgine autem nemo unquam natus erat. Proinde justitia, quæ ex Deo est, in fide est: hoc est, huic innititur, eamque fundamentum habet. *Potentiam autem resurrectionis dixit: reversa enim ingens robur et potentia est, resurgere.* Quinetiam **450** resurrectio potentiam nobis immittit ad idem iter ingrediendum.

Et societatem passionum illius. Cum persecutionem, inquit, patimur et affligimur, participes reddimur passionum sive afflictionum Christi. Si igitur non crederemus quod cum Christo regnaturi sumus, non tanta tantaque pateremur. Observa autem quod is maxime credit Christum resurrexisse, qui patitur. Audi igitur quæ sequuntur.

Configuratus morti ejus. Hoc est, assimilatus. Ut enim ille ab hominibus passus est, sic et ego. Afflictiones enim et persecutiones imaginem mortis illius depingunt: proinde et nos idem cum Christo efflicimur, quatenus patimur. Viden' quid præstant afflictiones?

VERS. 11. *Si quo modo occurram ad resurrectionem mortuorum.* Quid inde? Nisi passus esses, o Paule,

^k Rom. x, 9.

Δι' ὃν τὰ πάντα ἐξημώθη, τὰ τοῦ παρόντος τυχόν κόσμου. Εἰ δὲ καὶ περὶ τοῦ νόμου εἰρησθαι δεξόμεθα τοῦτο, οὐδὲ οὕτως ὕβρισταί. Σκύβαλα γὰρ τοῦ σίτου τὰ ἀχυρα, ἤτοι ἡ καλάμη· ἀλλ' ἡ καλάμη, συντηρητικὴ ἐστὶ τοῦ σίτου, καὶ στήριγμα αὐτοῦ, καὶ ¹¹ εἰ μὴ ἦν αὕτη, οὐκ ἂν σίτος ἐγένετο· ὁμοίως φανερός τοῦ σίτου καὶ ἐκλεγέντος, ἀχρηστος λοιπὸν αὕτη. Οὕτω καὶ ὁ νόμος, τῆς χάριτος βεβαιωτῆς καὶ μάρτυρος· φανείσης δὲ αὐτῆς, οὐ δεῖ προσκαθῆσθαι τῷ τούτου γράμματι.

Καὶ εὐρεθῶ ἐν αὐτῷ μὴ ἔχων ἐμὴν δικαιοσύνην τὴν ἐκ νόμου, ἀλλὰ τὴν διὰ πίστεως Χριστοῦ, τὴν ἐκ Θεοῦ δικαιοσύνην. Ἦνα μὴ ἔχω ἐμὴν δικαιοσύνην, τὴν ἐκ τῶν ἔργων τοῦ νόμου, ὡς διθὲν κατορθώσας αὐτά· οὐδὲ γὰρ, οὐδὲ ἐστὶ δικαιοσύνη ἐξ ἔργων, οἷοι οὐδὲ κατώρθωσα ¹⁴ ταῦτα· ἀλλὰ τὴν διὰ πίστεως Χριστοῦ, ἥτις ἐστὶν ἐκ Θεοῦ δικαιοσύνη, τούτεστι, θεῖον δῶρον, χάριτι δικαιοῦσα τοὺς πιστεύοντας. *Ἐὰν γὰρ πιστεύσης τῇ καρδίᾳ, καὶ ὁμολογήσης τῷ στόματι, σωθήσῃ.* Τὰ δὲ θεῖα δῶρα, πολλῶ τῷ μέτρῳ ὑπερβαίνει τὴν εὐτέλειαν τῶν ἀνθρωπίνῃ σπουδῇ τελουμένων κατορθωμάτων, ὡσπερ καὶ ὁ σίτος τὰ σκύβαλα.

Ἐπὶ τῇ πίστει, τοῦ γινῶναι αὐτὸν καὶ τὴν δύναμιν τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ. Ἄρα διὰ πίστεως ἡ γνώσις. Πῶς γὰρ λογισμὸς τὴν ἀνάστασιν ἡμῖν παραστήσει; Οὐδὲ εἰς, ἀλλὰ πίστις. Εἰ δὲ ἡ ἀνάστασις πίστει γινώσκεται, πῶς τὸ μείζον, ἡ γέννησις, λογισμοῖς καταλειφθήσεται; πῶς δὲ μείζον; Ὅτι τῆς μὲν ἀναστάσεως πολλὰ ὑποδείγματα ¹⁵· ἀνέστησαν μὲν γὰρ πολλοὶ καὶ πρὸ Χριστοῦ· ἐκ παρθένου δὲ οὐδεὶς ἐτέχθη. Ἡ τοίνυν ἐκ Θεοῦ δικαιοσύνη ἐν ¹⁶ τῇ πίστει ἐστὶ, τούτεστιν, εἰς ταύτην ἐπερείδεται, καὶ αὕτη ἔχει θεμέλιον. *Δύναμιν δὲ εἶπεν ἀναστάσεως* τῷ ὄντι γὰρ μεγάλη ἰσχύς τὸ ἀναστήναι. Καὶ ἄλλως δὲ, ἡ ἀνάστασις δύναμιν ἐπέσειν ἡμῖν εἰς τὸ τὴν αὐτὴν ὁδεύειν ὁδόν.

Καὶ τὴν κοινωνίαν τῶν παθημάτων αὐτοῦ. Διωκόμενοι, φησί, καὶ θλιβόμενοι, κοινωνοὶ γινόμεθα τῶν παθημάτων τοῦ Χριστοῦ. Εἰ τοίνυν μὴ ἐπιστεύομεν, ὅτι συμβασιλεύσομεν, οὐκ ἂν τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα ἐπάσχομεν. Σημειώσῃ δὲ, ὅτι ἐκεῖνος μάλιστα πιστεύει, ὅτι Χριστὸς ἀνέστη, ὁ πάσχων. Καὶ ἀκούε τῶν ἐξῆς·

*Συμμορφούμενος*¹⁷ τῷ θανάτῳ αὐτοῦ. Τούτεστιν, ἐξομοιούμενος¹⁸. Καθάπερ γὰρ ἐκεῖνος ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ἐπαθεν, οὕτω καὶ γώ. Ὅτι διωγμοὶ γὰρ, καὶ τὰ παθήματα, τὴν εἰκόνα ζωγραφουσι τοῦ θανάτου ἐκεῖνου, καὶ χριστοὶ γινόμεθα καὶ ἡμεῖς, καθὸ πάσχομεν. Ὅρᾷς τὸ κατώρθωμα ¹⁹ τῶν παθῶν,

Εἰπὼς καταντήσω εἰς τὴν ἐξανάστασιν τῶν νεκρῶν. Τί οὖν; εἰ μὴ ἐπαθες, ὦ Παῦλε, οὐκ ἐμε-

¹¹ ἐκ λόγου γίνωσκε ὡς ο. ¹⁴ κατώρθωσέ τις ο. ¹⁵ ὑποδείγματα ἔχουσι in. ¹⁶ ἐπὶ ο. ¹⁷ -φοῦμοι ο. ¹⁸ -μοιούμεθα ο. ¹⁹ ἀξίωμα ο.

Varia lectiones.

λες ἀναστῆναι; Ἄλλ' ἐξανάστασιν ἐνταῦθα νόει, τὴν ἔνδοξον, τὴν ἐν νεφέλαις ἔξαρον. Πάντες μὲν γὰρ ἀνίστανται, οὐ πάντες δὲ καὶ ²⁰ ἐξανίστανται· ἀλλ' οἱ μὲν ἀμαρτωλοὶ, κάτω μένουσι τὸν Κριτὴν· οἱ δὲ ἅγιοι, ἀρπάζονται ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου. Νοήσεις δὲ καὶ ἀπὸ τῆς ἀκολουθίας τὸ λεγόμενον. Ἀπέθανε, φησὶν, ὁ Χριστός· ἀποθνήσκω καγὼ. Ἀνέστη ἕκαστος ἐνδόξως, σπουδάζω καγὼ τοιαύτης ἀναστάσεως τυχεῖν ἐνδόξου. Ὅρα δὲ καὶ εὐλάβειαν τοῦ τοσαῦτα κατορθώσαντος, τοῦ ὑπὲρ τοὺς ²¹ ἀνθρώπους ὄντος· *Εἶπως φθάσω*. Οὐ θαρρῶ γὰρ, φησὶν, οὕτω· οὕτως ἐταπεινοφρόνει· ὅπερ ἀλλαχοῦ λέγει· *Ὁ δοκῶν ἐστάναι, βλεπέτω μὴ πέσῃ*· καὶ, *Μήπως ἄλλοις κηρύξας, αὐτὸς ἀδόκιμος γένημαι*.

Ὅχι ὅτι ἤδη ἔλαβον, ἢ ἤδη τετελείωμαι. Εἰπὼν, ὅτι *Εἶ πως κατατήσω* ²², κατασκευάζει τοῦτο, καὶ φησὶν, ὅτι διὰ τοῦτο οὕτως εἶπον διστακτικῶς, ὅτι οὕτω ἔλαβον τὸ βραβεῖον, οὕτω τετελείωμαι.

Διώκω δὲ, εἰ καὶ καταλάβω, ἐφ' ᾧ καὶ κατελήφθην ὑπὸ Χριστοῦ ²³ Ἰησοῦ. Ἔτι, φησὶν, ἐναγωνίως εἶμι, ἔτι διώκω, εἰ πως ἰσχύσω καταλαβεῖν τὸ τέλος καὶ τὸ βραβεῖον. Εἶτα δεικνύς, ὅτι ὀφειλή ἐστι τὸ πρᾶγμα, φησὶ· *Διότι καὶ κατελήφθην ὑπὸ Χριστοῦ*· τουτέστι, τῶν ἀπολλυμένων ἡμῶν, τῶν ἀπεγνωσμένων· κατεδίωξέ με ὁ Χριστός, καὶ φεύγοντα ἀπ' αὐτοῦ κατέλαθε, καὶ ἐπέστρεψεν. Ὅφειλω τοίνυν καὶ αὐτὸς διώκειν αὐτὸν λοιπὸν, ὡς ἂν καταλάβω. Ἐμφαντικώτατα δὲ τὸ διώκειν εἶπεν. Ὁ γὰρ διώκων, οὐδὲν ἄλλο ὄρᾳ ἢ πρὸς ὃ σπεύδει, πάντα δὲ παρέργεται, καὶ τὰ φίλιτατα καὶ τὰ ἀναγκαιότατα. Οὕτως ὀφειλομένον καὶ ἡμεῖς σπεύδειν, ὑπ' οὐδενὸς διακοπήμενοι.

Ἀδελφοί, ἐγὼ ἐμαυτὸν οὕτω λογιζομαι κατελήφθηναι. Ἐπειδὴ πολλὰ ἐπήνεσε Φιλιππησίους, νῦν καταστέλλων αὐτῶν τὸ φρόνημα, φησὶν, ὅτι Ἐγὼ ὁ τοσοῦτος καὶ τηλικούτος, ὁ διδάσκαλος ὑμῶν, οὕτω λογιζομαι κατελήφθηναι τὴν ἀρετὴν ἅπασαν· ὡς ἂν εἰ ἐπὶ δρομέως εἴποι τις· Οὕτω τὸ πᾶν ἤνυσε. Πῶς οὖν ἀλλαχοῦ φησι· *Τὸν δρόμον τετέλεκα*; Ἐκεῖνο πρὸς τῇ τελευτῇ ὧν ἔφη.

Ἐν δὲ, τῶν μὲν δπισθῆν ἐπιλανθανόμενος, τοῖς δὲ ἐμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος. Ἐν ποιῶ, φησὶν, ἐνὸς γίνομαι μόνου, ὅπως ἕλει προκόποιμι· ἐπιλανθάνομαι τῶν κατορθωμάτων, καὶ ἀφήμι αὐτὰ ὀπίσω, καὶ οὐδὲ μέμνημαι ὧν αὐτῶν, καὶ οὕτω τὰ ἐμπροσθεν διώκω, ὡς λείποντά μοι· ὡς ὁ γε [ἤδη] τετελειῶσθαι νομίζων, παύσεται τρέχων, ὡς ἤδη τὸ πᾶν κατορθωκῶς. Τί δὲ ἐστι τὸ, *Ἐπεκτεινόμενος*; Τουτ' ἐστι· Πρὶν φθάσαι ²⁴, λαβεῖν/σπουδάζων, καὶ τοὺς πόδας, καίτοι τρέχοντας, τῷ λοιπῷ σώματι

non eras resurrecturus? Verum resurrectionem hic intellige celebrem in nubibus sublationem. Omnes etenim resurgunt, et non omnes resurgendo sublevabuntur in nubes: verum peccatores infra quidem exspectant Judicem, sancti vero in nubes rapiuntur in occursum Domini. Intelliges autem quod dicitur, ex iis quæ sequuntur. Mortuus est, inquit, Christus: morior et ego. Resurrexit ille honorifice, conor et ego huiusmodi consequi resurrectionem celebrem. Vide autem cautelam ejus qui tanta sit operatus, qui sit supra homines. Si quo modo perveniam. Nondum enim audax et confidens sum, inquit: adeo humili spiritu imbutus erat: quod et alio in loco ait, Qui videtur stare, videat ne cadat ¹: et, Ne quo modo aliis prædicans, ipse reprobus efficiar ^m.

VERS. 12. Non quod jam acceperim, aut jam perfectus sim. Cum dixisset, Si quo modo occurram, confirmat hoc, inquit: Propterea sic dixi per ambiguitatem, quia nondum accepi brabeum, nondum perfectus sum.

Persequor autem, si et comprehendam, quatenus et comprehensus sum a Christo, Jesu. Ego, inquit, in certamine adhuc versor, adhuc sequor, si quo modo queam comprehendere finem et brabeum. Deinde ostendens rem ipsam esse debitum, subdit: Quoniam et comprehensus sum a Christo: id est, Cum essem ex pereuntibus et condemnatis, persecutus est me Christus, et fugientem ab eo comprehendit, et ad sese convertit. Deheo itaque et ego ipsum sequi deinceps, ut apprehendam. Significantissime autem dixit, διώκειν. Qui enim persequitur, nihil aliud intuetur, quam ad quod accelerat, sed omnia præterit cum charissima, tum maxime necessaria: hunc ad modum et nos festinare debemus nulla re impediti.

451 VERS. 13. Fratres, ego me nondum arbitror comprehendisse. Quia plurimum laudaverat Philippenses, nunc ipsorum deficiens affectum, Ego, inquit, talis ac tantus, præceptor vester, nondum opinor me apprehendisse virtutem universam: perinde quasi de cursore aliquis dicat: Nondum totum perfecit. Qui igitur alio in loco ait, *Cursum consummavi* ⁿ? At illud morti vicinus dixit.

VERS. 14. Unum autem, quæ quidem retro sunt, obliviscens, ad ea vero quæ sunt priora, extendens meipsum. Unum, inquit, facio, unum hoc solummodo contendo, ut semper promoveam: obliviscor operum transactorum, eaque post tergum relinquo, et eorum prorsus ne recordor quidem, ac sic priora et quæ ante me sunt, persequor, ceu ea quæ desint mihi. Nam qui se cursum absolvisse putat, a cursu desistit, tanquam qui totum jam confecerit. Quid veru est, *Extendens*? Hoc est, Priusquam pervenero

¹ I Cor. x, 12. ^m I Cor. ix, 27. ⁿ II Tim. iv, 7.

Variae lectiones.

²⁰ οὐ μέντοι πάντες ο. ²¹ τοὺς οὐρανοὺς ο. ²² φθάσω ο. ²³ ἐν Χριστῷ ο. ²⁴ φθάσω ο.

tis cum timore, eoque vehementi et intenso, et cum tremore: sine timore namque nihil boni perficitur, neque in artibus liberalibus, neque in mechanicis. Quomodo autem metus perficitur? Si consideremus quod ubique Deus præsto sit, omnia audiens et omnia videns, non solum quæ aguntur, verum etiam quæ cogitantur. *Servite enim, inquit, Domino in timore, et exsultate ei in tremore* ^b. Est enim exsultatio cum tremore, quando bonum aliquis faciens, idque cum tremore, conscientiam habet liberam. Κατεργάζεσθε autem dixit, non Ἐργάζεσθε, hoc est, cum multa diligentia et cura operamini.

VERS. 13. *Deus enim est qui operatur in vobis et velle et operari.* Quia dixit, *Cum timore ac tremore*: nunc ait, **441** Ne terreamini propter hoc. Non enim hoc ideo dixit, ut desistas a bono vel desicias, sed ut attente agas quod agis. Nam si animadverteteris, et attentus fueris, Deus omnia operabitur. Ipse namque est qui et promptitudinem dat nobis, ut velimus bonum, et qui boni operationem ad finem ducit. Operatur enim Deus in nobis velle: hoc est, cooperatur nobis ut velimus bona, et auget bonam voluntatem nostram, simulque accendit ut ferventior reddatur. Et aliter: Quoniam ipse perfectionem addit, nos vero homines quæ perfecta videmus, ad ea tendimus, dirigimusve voluntatem nostram: propterea et velle ipsum a Deo perfici dicit. Exempli gratia: Voluisti aliquid? Orsus es perficere istuc: si finem assequaris, iterum magis idem opus perficere cupis. Sin minus, torpescit tibi voluntas. Cum itaque finis apud Deum sit, qui et velle nostrum accendit, non immerito et ipsam voluntatem apud Deum esse asseverat. Vel ex magna gratitudine Paulus velle ipsum a Deo perfici in nobis ait: quemadmodum virtutes dona appellat, arbitrii libertatem non tollens, sed semper nos grates esse volens, et omnia accepta referre Deo. Considera autem verba: *In vobis*, inquit, qui cum metu atque tremore salutem operamini: in talibus enim Deus operatur omnia.

Pro bona voluntate. Hoc est, ut impleatur erga vos benevolentia atque bona voluntas ejus, ut sic vivamus perinde ac ipse vult. Itaque et ex hoc confidite; omnino enim cooperabitur vobis Deus, ut recte vivatis, si non propter aliud quidquam, ejus tamen rei gratia, quia hoc ipsi gratum est.

VERS. 14. *Et omnia facite sine murmurationibus et hæsitationibus.* Diabolus, cum aliquem ab honesto prorsus avocare nequit, vel arrogantiam ei inducit, vel vanam gloriam, vel, si hæc non possit, murmurationem, aut dubitationem et incredulitatem. Quia igitur in tentationibus continuusque periculis fuerunt, per hæc autem haud pauci ad murrura et maledicentiam prolabeantur: *Sine*

^b Psal. II, 11.

